



3 1761 06611077 6

UNIVERSITY
OF
TORONTO
LIBRARY





SILI ITALICI

PUNICA

EDIDIT

LUDOVICUS BAUER.

VOLUMEN ALTERUM.

LIBROS XI—XVII CONTINENS.



H 3391
7/11/98

LIPSIAE

IN AEDIBUS B. G. TEUBNERI.

MDCCCXII.



LIPSIAE: TYPIS B. G. TRUBNERI.

PRAEFATIO.

Ex quo uolumen prius huius editionis in lucem prodiit, nonnulla scripta ad Silium pertinentia edita sunt, quae h. l. enumerare mihi liceat ad supplenda ea, quae laudauit in praefatione uol. I p. XII sqq.

Ac primum quidem commemorandus est Eduardus Altenburg, qui dissertatione, quae inscribitur 'Observationes in Italici Iliadis Latinae et Silii Italici Punicorum dictionem. Marpurgi Cattorum MDCCCLXXXX' copia et delectu uerborum utriusque carminis diligenter inter se collatis Silium poetam non compo-
suisse Iliadem Latinam statuit; idem quoniam etiam P. Verres (u. praef. uol. I p. XIV) quaestionibus grammaticis et metricis institutis conclusit, horum uiorum doctorum dissertationibus quaestio illa, quoad id fieri potest, mihi quidem uidetur esse absoluta.

Ad rem criticam autem spectant haec:

- 1) van Veen, Notulae criticae ad Silium Italicum in 'Mnemosyne' XVIII p. 300—306 (*ad libros V et VI*); XIX p. 191—199 (*ad libros VII et VIII*),
- 2) O. Roßbach
 - a) in recensione editionis meae uol. I in 'Deutsches Litteraturblatt' 1890 p. 1869 sqq.,
 - b) in Museo Rhenano, 1891 p. 311 sq.,
- 3) L. Bauer in 'Blätter für das bayer. Gymnasialschulwesen' 1891 p. 190—199 (*ad libros XII—XVII*),
- 4) G. Thilo in 'Jahrbücher für klassische Philologie' 1891 p. 589—624.

Coniecturas, quas van Veen et Rosbach l. l. ad libros I—X protulerunt, infra per singulos libros enumero notatis eis, quae probanda mihi uidentur. Iam quae summa sit disputationis, quam Thilo scripsit, uir de Silianis studiis prouehendis optime meritus, paucis exponam.

Primum nonnullas lectiones codicis Coloniensis a Modio et Heinsio traditas, de quibus mecum dissentit, in quaestione uocat; in hac re quoad mihi persuaserit doctus ille uir, ut I 373, II 127, IV 355, V 18, VII 184, VIII 470, apparet ex eis, quae infra ad singulos libros annotabo; de ceteris locis, ubi mea me sententia non mouit, alio loco disputabo. Tum quae ratio intercedat inter libros manuscriptos LFOV et inde, quo modo, quae fuerint in ipso codice Sangallensi, qui aetatem non tulit, coniectura possimus assequi, demonstrare studet. Neque enim prorsus stat ab Hermanni Blassii sententia, quam equidem secutus sum. Rem autem ita instituit, ut omnes lectiones, quas illi codices in primis quattuor libris exhibent, diligentissime inter se comparet; unde haec ei uidentur esse statuenda:

Ipsum codicem Sangallensem, id quod iam Blasius coniecerat, non esse in Italiam translatum, sed apographon eius tantum manu Germani librarii magna incuria exscriptum. Id apographon (S), priusquam in Italia diuulgatum sit, uel ab uno uiro docto — eum Bart. de Montepulciano fuisse haud scio an recte opinetur — uel a compluribus ita esse correctum, ut iis locis, qui manu librarii corrupti aut fuerint aut uisi sint, coniecturae, interdum etiam glossae eaeque perbreues supra scriberentur. Eos autem, qui postea illum codicem transscripserint, temere modo eas lectiones, quae in textu, modo eas, quae supra lineas fuerint, receperisse. Quodsi solum illos codices, de quibus agitur, LFOV, respiciamus, codicem S uideri bis esse exscriptum; alterum apographon

esse F, ex altero, quod uocat X, in quo nonnullis locis duplices codicis S lectiones, et eas, quae in lineis fuerint, et correcturas fuisse existimandum sit, pendere OV; neque tamen pro certo dicere audet ex ipso codice X illos esse transscriptos. Codicem L denique qui scripserit, eum exemplari quodam codicis X usum esse simulque et apographon S et codicem F adhibuisse. Inde hoc potissimum sequi codici L non plane eam esse auctoritatem tribuendam, quam tribuerit ei Blaſſ, codicis F autem auctoritatem maiorem esse, quam ille opinatus sit; codicum OV denique non solum eis locis rationem esse habendam, quibus L et F inter se discrepent, sed ubique, potissimum autem eis locis, ubi in S duplices lectiones fuisse verisimile sit.

Ad hanc sententiam quamuis magnis, ut uidetur, documentis confirmatam, ut in omnibus me rebus truduceret, non contigit docto illi uiro. Immo etiam nunc persuasum habeo recta ea esse, quae Blaſſ de codd. exposuit, cum diceret LF ex eodem fluxisse fonte, ex alio quodam OV. De hac re et de ceteris locis, de quibus Thilo altera disputationis suae parte quaestionem facit nec persuasit mihi, alio loco accuratius disseram. Etsi igitur de illis rebus a Thilone dissentio, tamen libenter concedo non paucis eum locis ueram restituisse lectionem.

Iam per singulos libros coniecturas uirorum doctorum, quos supra commemoraui, annotare simulque errata nonnulla corrigere et emendare mihi liceat.

Liber I. 33 *lege conamine* 36 *agmina] magnas Thilo, quod haud scio an rectum sit, nisi Silius scriptis: dux diuae sufficit unus etc.* 65 *l. Alpis 71 fortasse uersus sic restituendus:* addiderat quondam (uel tantam) pueru iam patrius aestus. 113 *l. His acuit stimulis subicitque sublata distinctione; in appa-*

*ratu l. Hic caluit st. Chory et 121 Spirantis 126
dele in app. uerba: et Koch 186 l. in app. fama
240. 41 Thilo sic legi uult: Utque dati rerum freni,
tunc arte p. C. uiros, armis c. s. etc.; in app. l. nunc
scita Dausqueius 281 l. duraeque 373 l. certa-
tim pro certantum; illud recte defenderunt C. Koch*)
(l. l. p. 11) et Thilo 425 fortasse poeta scripsit:
Iam torquet uel Iamque regit geminum c. u. dentem
(cf. Ov. Met. VIII 400 summa ferus geminos direxit
in inguina dentes); ceterum uu. 421—425 ad suum lo-
cum reponendos esse mihi Thilo persuasit.*

Liber II. 47. 48 — carinam: nil moror. en-
uincta etc. *Thilo 51. 52 poetam haec scripsisse opi-
nor: Rhoeteius immo Aeternum imperitet populus
saeclisque etc. 127 lege Et ducti pro Educti; illud
recte def. Thilo 149 l. in app. Thero 201 ac
rapta, pr. c. ostentare, bipenni Amputat etc. rectius
distinxit Thilo 463 lento — tabo] lenta — tabe
Thilo cum Bentleio — lento m. purantia (= suppu-
rantia) tabo O. Rosbach, recte, ut opinor; in app. l.
rorantia Heinsius 497 tectisque Iouis (LF) pro
tectisque nouis (OV) in textum recipi mauult Thilo,
quem sequor; idem mihi persuasit u. 595 addita pro
abdita et 597 perferre legendum esse.*

Liber III. 27 sq. — clauo; — cubile. Irrestincta
— flamas, Sed etc. *Thilo; rectius foci pro focus Blaß
229 raptis] iunctis uel Phrygibus Thilo; in app. l.
ruptis Ch 230 Acerius] Argis Rosbach 253 pra-
uos fidei] prauae fidei Rosbach 293 adde in app.
docilis uirgae Bothe 301. 2 adde in app. ad quo-
rum cantus mites i. c. L 317 l. in app. marce
corr. in in arce F 335 l. Marti natus, quam con-
iecturam Heinsii recte defendit Thilo 362 l. in app.
arbatus LFV 398 adde in app. ter denos] ter qui-*

*) Sic lege in praefatione p. XV pro E. Koch; ibidem l.
p. XVI Isidorus Hilberg et dele p. XI uerbum excidere.

nos Mariang. Accurs. ad Auson. Ep. X 5 (v. Drakenborch ad h. l.) 414 l. conectunt pro conuertunt; illud recte defendit Rossbach 479. 80 hic locus cum Dausqueio sic restituendus: Cuncta — tecta Aequaeuam glaciem (uel cum Barthio: Aequam aei glaciem) prohibent cf. XIV 66 sq. 619 l. in app. Qui serit L F V 677 nam cui dona ignota dei, uulgata p. o. Thilo.

Liber IV. 41 laetis] laetos *Thilo* 59 quaecunque uetantur Hibero *Thilo* 166 arma] ora recte defendit *Thilo* 262 Haud notum uultu] Haud motus uultu *Rossbach* 355 sacra] fera recte def. *Thilo* 378 perfractaque] persecetaque *Rossbach* 451 l. in app. cecinere tubae *Lenz et Bothe* 453 *Rossbach* conicit: Et libat saeuia traiectum cuspidi pectus 481 l. in app. afflata rotis] radiis afflata *van Veen* 652 sustinet pro sustulit recte def. *Thilo* 722 l. in app. noscenda V nascenda LFO et postea haec noscenda ad *Thilo* 822 adde in app. namque paro sacra] namque operosa sacra *Heinsius*, quod probat *Thilo*.

Liber V. 18 l. iuuenum, quod recte def. *Thilo* 49 Cautius] Artius *van Veen* 50 Fastigans fortasse recte def. *Thilo* cf. XII 356 65 Incertam *van Veen* 147 humentia] spumantia *Heinsius et van Veen* 154 l. in app. atris Cm l. l. 191 ut pendente] impendente *Heinsius et van Veen* 192 Exiret *van Veen* 220 flauam] saeuam uel effusam idem 238 adde in app. geminaque corusci] geminique corusca *Lefebure* 250 regnis] campis *A. Dryander et Thilo* 298 l. in app. tollere Cm Ep. 16 354 misisse] immisisse *Heinsius et van Veen* 358 pater] patri idem, fortasse recte 363 Synhalus, Garamantica proles, M. *Rossbach* 365 numerabat] uenerabat *van Veen* 401 tacitas] faciles *van Veen* 463 Oeagrio idem 471 relictus idem 540 l. *Fontanus* 583 iacentia] tacentia *van Veen* 601 seroque] auroque *Thilo*.

Liber VI. 87 estis ubi superi? en iterum etc.
Thilo 145 saeuis] sacris *van Veen* 307 Martem
 regere] M. struere uel instruere, nisi ciere retineri
 possit, conicit *Thilo* 327 adde in app. certamine
Graius Ch(?) 353 l. intortos 362. 63 Et remis
 dictet sonitum pariterque relatis, Ad numerum ut
 plaudant res. caerula, tonsis *van Veen* 451 l. in app.
 se clusit *Cm* 467 dator] auctor *van Veen* 474
 annis] armis *idem* 560 canentes] squalentes *idem*
 665 donumque] decumamque *Thilo recte*, ut opinor
 682 l. seras 689 inter uerba religatus et ordine ex-
 cidisse aliquid putat *Thilo* 708 clausa] plausa *Hein-*
sius densa *van Veen*.

Liber VII. 4 post hostem *van Veen recte leuiorem*
distinctionem ponit 85 uaria — corona] uario —
colore van Veen 146 irae] intus *idem* 184 recte,
 ut opinor, *Thilo praeferit decerpsit cf. Ov. Met. XI 112*
211 l. lacibus (cf. Georges in 'Lexicon der latein. Wort-
formen' p. 755) 246 l. Artior, et nullo T. certa-
 mine quantum etc. sublata distinctione 260 l. cura
 295 dire] deses *Thilo* 412 totus] motus *Baehrens*
ad Catull. p. 365 440 sacrae lentus] sacra electus
van Veen recte, ut opinor, cf. *Stat. Ach. II 51* 516
l. aequantur penitus, quod recte def. Thilo 629 fu-
 sus] fossus *van Veen* 723 Tyriis retinet *Thilo post*
hoc uerbum duos hemistichios excidisse existimans.

Liber VIII. 14 pugnaque manuque] pugnaeque
 manusque uel pugnaeque manuque *van Veen* 91 l.
in app. fulgentis Iuli Cm Ep. 28 fulgentis deest in
 S etc. 176 suspecta] suspensa *van Veen* 246
 Atque] Namque et 247 et] at *idem* 309 ictu] ictum
idem 313 qui ritus hostis] quantus sit hostis *Ross-*
bach 325 irritauerit] tibi fauerit *Thilo cum Hein-*
sio 387. 88 — uirtus, Inuicta species. finire etc.
Rossbach in Mus. Rhen. 1891 p. 311 sq. fortasse recte
 418 retortus] resectus *Thilo* 420 laeti] laeta *van*
Veen 439 adde in app. Uopicus Col. teste *Heriberto*

Rosweydio 441 *formae] forma van Veen* 445
tum] iam idem 450 *lauat] luit idem* 470 *l. in app.* *orditor Cm l. l. errore, ut uidetur, typographico, et dele uerba: quod probat Modius* 500. 1 *et stridorigibus a. Frenasse ac s. etc. van Veen, fortasse recte* 583 *falcatosque enses van Veen* 619 *Rhoeteia litora (ut Schrader) et* 620 *Mycenae et idem* 642 *l. in app. (T. p. 224).*

Liber IX. 79. 80 *ita distingue: uoces, Postquam* 105 *l. Auctorem* 293 *l. in app. Cybebe* 425 *l. Si tibi* 519 *l. in app. conamine* 534 *l. extingui* 582 *atque] utque Thilo recte.*

Liber X. 76 *l. in app. Acheram Ch, sed cf. III* 299 144 *affixa — nare] affixo — nari Thilo; idem inter* 174 *et* 175 *uersum excidisse putat* 383 *l. quoniam, quod recte def. Thilo* 406 *praesentia] praenuntia Thilo, quod probo* 587 *l. in app. XI* 526 597 *adde in app. alitur Cm Ep. 13.*

ADDENDA ET CORRIGENDA
AD VOL. II.

- p. 27 *lege* XII 107 Dicarchea *pro* Dicarchaea
,, 29 *distingue* XII 175 Uolscorum, Tulli, decus
,, 41 *lege in app.* 498 Capuaue *pro* Capuane
,, 41 *distingue* XII 516 Quam tanti fuerit, cadere ut
,, 63 *lege* XIII 380 Iussa *pro* Iusta *et adde in apparatu* Iusta
 Nicander
,, 71 *lege* XIII 592 Alecto *pro* Allecto
,, 73 *lege* XIII 664 gratia *pro* gloria
,, 91 *lege* XIV 260 sedes *pro* sede
,, 110 *lege* XIV 79 Amphitryoniaden *et adde in app.* Amphi-
 tryoniadem S
,, 113 *scribe in app.* 155 superiacit Wagner ad Verg. *Aen.*
 XI 625
,, 146 *lege* XVI 285 nulla — relicta *et adde in app.* nulla —
 relicta van Veen (*p. l.*) nullo — relicto S
-

SILI ITALICI
PUNICORUM
LIBER UNDECIMUS.

Nunc age, quos clades insignis Iapyge campo
Uerterit ad Libyam populos Sarranaque castra,
Expediam. stat nulla diu mortalibus usquam,
Fortuna titubante, fides. adiungere dextras
Certauere palam rumpenti foedera Poeno, 5
Heu nimium faciles laesis diffidere rebus.
Saeuior ante alios iras seruasse repostas
Atque odium renouare ferox in tempore Samnis;
Mox leuis et sero pressurus facta pudore
Bruttius, ambiguis fallax mox Apulus armis; 10
Tum gens Irpini uana indocilisque quieti
Et rupisse indigna fidem — ceu dira per omnis
Manarent populos foedi contagia morbi.
Iamque Atella suas iamque et Calatia adegit,
Fas superante metu, Poenorum in castra cohortes. 15
Inde Phalanteo leuitas animosa Tarento,
Ausonium laxare iugum. patefecit amicas
Alta Croton portas Afrisque ad barbara iussa

5 rumpentes *Blass* 7 Scenior **O** Sceuior **V** 9 pressu-
rus facta **S** pressurus fata **Ch** pensurus facta *Bentley prob.*
Blass 10 Bruttius **Ch** — Apulus **Ch** 11 Irpini **Ch LFO**
repini **V** (*cf. IV. 595*) — uana] naua *Schrader* — quieti **ChLF**
quietem **OV** 12 Et] Nec *Bentley* — Erupisse **OV** — dura **O**
13 foedi] feri **O** ferri **V** 14 galatia **LF** galacia **OV** 16 pha-
lantea **OV** 18 croton **F** troton **LOV**

Thespiadum docuit submittere colla nepotes.
 Idem etiam Locros habuit furor. ora uadosi
 Litoris, Argiuos maior qua Graecia muros
 Seruat et Ionio luitur curuata profundo,
 Laetas res Libyae et fortunam in Marte secuta,
 Iurauit pauitans Tyrio sua proelia Marti.
 Iam uero, Eridani tumidissimus accola, Celtae
 Incubuere malis Italum ueteresque doloris
 Tota se socios properarunt iungere mole.

Sed fas id Celtis, fas impia bella referre
 Boiorum fuerit populis: Capuaene furorem,
 Quem Senonum genti, placuisse, et Dardana ab ortu
 Moenia barbarico Nomadum sociata tyranno
 Quisnam, mutato tantum nunc tempore, credat?
 Luxus et insanis nutrita ignauia lustris
 Consumptusque pudor peccando unisque relictus
 Diuitiis probrosus honor lacerabat hiantem
 Desidia populum ac resolutam legibus urbem.
 Insuper exitio truculenta superbia agebat.
 Nec uitiis deerant uires. non largior ulli
 Ausoniae populo — sic tum Fortuna fouebat —
 Aurique argenteique modus; madefacta ueneno
 Assyrio manicas uestis medioque dierum
 Regales epulae atque ortu conuiuia solis
 Deprensa et nulla macula non illita uita.

22 lauitur *Liuineius et Burmann* 23 in marte **S** in
 morte *Marsus* errore ed. *Basil.* 1522 aliaeque e more *Barth*
 26 Italum **Cm** *Ep.* 13 **S** iterum *uulgo* 28 fas sit ed. *Rom.* 1
 aliaeque prob. *Heinsio*, qui et fas, *Di. C. coni.* 29 capuaeue **V**
 31 Nomadum *Heinsius et Gronov* nondum **S** iam tum *Marsus*
 numquam uel tandem alii demum *Barth* 32 Quisquam
Liuineius Quis, nisi m. *Ruperti* — imitato **L** 34 imisque **OV**
 36 Desiria **V** De Syria **O** 38 derant **F** (*ut saepius cf. u.*
50, XVI. 32 etc.) — longior **V** 41 manicas *Ruperti* mani-
 bus **S** maribus *Gronov et Bentley* madidis *Barth* iam bis
Heinsius 43 nulli maculam *Heinsius* nulli maculis *Withof*
 — illita **L** inlita **FV** inclita **O** inclyta **Ch** — post h. *u. inseri*
uult Barth uu. 51—54 probb. Lefebure aliisque

Tum populo saeui patres, plebesque senatus
 Inuidia laeta, et collidens dissona corda 45
 Seditio. sed enim interea temeraria pubis
 Delicta augebat, pollutior ipsa, senectus.
 Nec, quos uile genus despectaque lucis origo
 Foedabat, sperare sibi et deposcere primi
 Deerant imperia ac patriae pereuntis habenas. 50
 Quin etiam exhilarare uiris conuiua caede
 Mos olim, et miscere epulis spectacula dira
 Certantum ferro, saepe et super ipsa cadentum
 Pocula, respersis non parco sanguine mensis.

Has astu aggressus, quo uerteret acrius aegras 55
 Ad Tyrios mentes, quae nulla sorte daturam
 Certus erat Romam — neque enim impetranda uolebat —
 Pacuuo fuit haud obscurum crimine nomen —
 Hortatur summi partem deposcere iuris
 Atque alternatos sociato consule fasces; 60
 Et, si partita renuant sedisse curuli
 Aequatumque decus geminasque uidere secures,
 Ultorem ante oculos atque ora astare repulsae.
 Ergo electa manus gressu fert dicta citato.
 Antistat cunctis praecellens Uirrius ore, 65
 Sed genus obscurum nullique furore secundus.
 Qui postquam coetu patrum ingentique senatu
 Impia dementis uulgi ac uix tota profundit

44 populo auersi uel populo serui *Heinsius* 45 Inuida
 lautitiae *Withof* — laeta **Cm** *Ep. 101 L* (*T. p. 225*) latea **F**
 (*cf. IX. 504*) lacera **OV** elata *Heinsius* feta *Schrader* 46 int-
 terae] tenerae *Ruperti* incestae *Thilo* infectae *nos* — pubis
Barth pubes **s** 48 despectaque **O** dispectaque **Ch LFV**
 50 imperia **Cm** *Ep. 101* 51 exhilarare **LO** exilare **FV** 52 diro
Heinsius 55 Hac *Barth* 56 quae **FV** que **LO** quia *edd.*
pleraeque 57 impetranda *Liuineius* impetrata **S** imperitata
Blass 58 Pacuuo *Marsus* Paculo **Ch** *Paccullo LF* *Patulo O*
Pattullo V *Paeuio L. Mueller d. r. m. p. 251* — *Pacuuius subit*
 — *Hortatus Bentley* 62 *Aequatumque O* *Aequatumque LF*
Equatumque V 65 *Uirrius Ch* 66 *obscurus Modius*
 67 *h. u. eiecit Marsus, inseruit rursus ex Col. Modius Ep. 101*
 68 *ac Cd* (*T. p. 215*) **S** et *uulgo* — *profundit S*

Consulta et tumidis incendit uocibus aures,
Concordi fremitu renuentum effunditur asper
Toto e concilio clamor; tum quisque fatigat
Increpitans, uocumque tremit certamine templum.

Hic Torquatus, auum fronte aequauisse seuera
Nobilis: 'Heu Capua portantes talia dicta
Romuleis durastis,' ait, 'succedere muris?' 70
Ad quos non ausi Carthago atque Hannibal arma
Post Cannas afferre suas? numquamne per auris
It uestras, in Tarpeia cum sede Latini
Orarent paria, haud uerbis, haud uoce, sed acri
Propulsum dextra, qui tum mandata superbo 75
Ore apportabat, tanto per limina templi
Turbine praecipitem reuoluti corporis actum,
Ut, saeuo afflictus saxo, spectante piaret
Tristia dicta Ioue et lueret uerba impia leto?
En ego progenies eius, qui sede Tonantis 80
Expulit orantem et nuda Capitolia consul
Defendit dextra.' Rabidum hinc palmasque uirorum
Intentantem oculis proauitaque facta parantem
Ut uidit maiore adeo crudescere motu,
Excipit his frendens Fabius: 'Pro cuncta pudendi! 90
Sedes, ecce, uacat, belli uiduata procella;
Quem, quaeso, e uobis huic imposuisse paratis?
Inque locum Pauli quemnam datis? an tua, Uirri,
Prima atque ante alias sors, concedente senatu,
Te citat ac nostris aequat iam purpura Brutis? 95
I, demens, i, quo tendis; tibi perfida fasces

69 et om. S 71 tum] quem uel quod uel quo *Ruperti*
nam uel dum nos 72 fremit *Schrader* 74 Capuae *Heinsius*
75 Romuleos — muros *Ruperti coll. X. 596* 77 nunquamue S
78 nostras O 81 apportabat Ch asportabat s — limina O
lumina LFV (cf. u. 103) 84 Ioue] leue F 87 rabidum
ed. Ald. rapidum Chs — hinc Ch 88 Intentans LOV Intent-
tam F 90 pro Cd (T. p. 215) — prope iuncta *Heinsius* pro
monstra! pud. *Burmann* pro summa p. *Schrader* 91 ecce]
una *Schrader* 92 huic LV hinc FO 94 ante alias Ch
a. alios S 95 uestris O

Det Carthago suos.' Medio feroore loquentis,
 Impatiens ultra gemitu cohibere furorem,
 Fulminea toruum exclamat Marcellus ab ira:
 'Quae tandem et quam lenta tenet patientia mentem,
 O confuse nimis Gradiui turbine Uarro, 101
 Ut perferre queas furibunda insomnia consul?
 Nonne exturbatos iam dudum limine templi
 Praecipites agis ad portas? et discere cogis
 Semiuiros, quod sit nostro de more creati 105
 Consulis imperium? non umquam sobria pubes
 Et peritura breui, moneo, ocius urbe facesse.
 Muros ante tuos, ut par est, debita ductor
 Armatus responsa dabit.' Consurgere cuncti
 Hinc pariter magnoque uiros clamore premebant. 110
 Necnon et foribus propere Campana iuuentus
 Extulit ipsa gradum, tantaeque dolore repulsae
 Concitus, Hannibalem uoluebat Uirrius ore.
 Fuluius — huic nam spondebant praesagia mentis
 Uenturum decus, et Capuae pereuntis imago 115
 Iam tum erat ante oculos — : 'Non si Carthaginis,' inquit,
 'Ductorem uestris deuinctum colla catenis
 Romam uictor agis, posthac intrare Quirini
 Sacratas dabitur sedes. tende ocius, oro,
 Quo mens aegra uocat.' Referunt haec inde citati 120
 Mixta minis et torua trucis responsa senatus.
 Tantane, omnipotens, caligine mersa latere
 Fata placet? ueniet quondam felicior aetas,
 Cum pia Campano gaudebit consule Roma
 Et per bella diu fasces perque arma negatos 125

100 Quo *Heinsius* 102 furibunda examina *Heinsius* furi-
 bundi somnia *Burmann* furibundi insomnia *Ruperti* 103 Nonne
OV Non ue **LF** Non *Liuineius* — limine **O** lumine **LFV**
(cf. u. 81) 111 e foribus *Lefebure* 112 Expulit **OV** —
 ipsa **ChS** acta *uulgo* 113 ore] orans *Schrader* 114 huic
 nam **Ch** hinc iam **S** 117 nostris **O** — deuictum **O** 118 agis **Ch**
 agas **S** 119 oro] hortor *Heinsius* 121 nimis **F** 122 Tan-
 tane **LV** Tantaue **FO**

Ultro ad magnanimos referet secura nepotes.
 Poena superborum tamen haec durabit auorum,
 Quod non ante suos Capua ad suffragia mittet,
 Quam Carthago suos. — postquam nunc dicta senatus,
 Nunc facta exposuit, tum ueris falsa per artem 130
 Uirrius admiscens cecinit fatale cruenti
 Turbatis signum belli. furiata iuuentus
 Arma, arma Hannibalemque uolunt. ruit undique uulgus
 Et Poenos in tecta uocant; ingentia facta
 Sidonii iuuenis celebrant, ut ruperit Alpes 135
 Herculei socius decoris diuisque propinquas
 Transierit cursu rupes; ut caede referta
 Clauserit Eridani uictor uada; uictor ut idem
 Lydia Romano turbarit stagna cruore;
 Ut Trebiae ripas aeterno nomine famae 140
 Tradiderit Paulumque idem inter proelia et idem
 Flaminium, proceres rerum, demiserit umbris.
 His super excisam primori Marte Saguntum
 Et iuga Pyrenes et Hiberum et sacra parentis
 Iuratumque uiro bellum puerilibus annis 145
 Accumulant. unum, ducibus tot caede peremptis,
 Tot fusis acie, stare inter proelia nullis
 Attactum telis. superum cum munere detur
 Huic sociare uiro dextras et foedere iungi,
 Fastus exanguis populi uanumque tumorem 150
 Nimirum Capua et dominatum perferat urbis,
 Ceu famulis fasces aequataque iura negantis?
 Prorsus enim tanto potiorem nomine habendum
 Uarronem, ut fugiat consul fulgentior ostro.
 Talia iactantes iam lectam sorte parabant 155
 Mittere, quae Tyrios adiungat foedere, pubem.
 Sed non inuictum ponebat pectore robur

126 referet Ch 127 durabat OV 129 suos] ruat Schrader
 132 Turbatis ed. Rom. 1 Turbati S 133 alterum arma deest
 in O 135 ruperit Cm Ep. 101 137 refecta L 139 tur-
 parit Schrader 141 ut idem OV 149 Hinc S 150 Fastus
 exsanguis Ch 151 urbi Ch

Tum solum Decius Capuae decus. isque receptus
 In medios coetus, neque enim differe dabatur:
 'Itis,' ait, 'ciues uiolanda ad iura parentum?' 160
 Damnatumque caput temerati foederis aris
 Iungitis hospitio? quae tanta obliuio recti,
 Magnam atque in magnis positam populisque uirisque
 Aduersam ostentare fidem! nunc tempus inire
 Proelia pro Rutulis; nunc signa aciemque mouere, 165
 Dum trepidae res, et medicinam uulnera poscunt;
 Is locus officio, cum cessant prospera, cumque
 Dura ad opem Fortuna uocat. nam laeta fouere
 Haud quaquam magni est animi decus; huc, age, adeste.
 Noui dis animas similes et pectora magnis 170
 Numquam angusta malis; capiunt, mihi credite, Cannas
 Et Thrasymenna uada et Pauli memorabile letum.
 Hi sunt, qui uestris infixum moenibus hostem
 Deiecere manu et Capuam eripuere superbis
 Samnitum iussis. hi sunt, qui iura dedere 175
 Terrore expulso Sidicinaque bella remorunt.
 Quos fugitis socios? quosue additis? ille ego sanguis
 Dardanius, cui sacra pater, cui nomina liquit
 Ab Ioue ducta Capys, magno cognatus Iulo;
 Ille ego semihomines inter Nasamonas et inter 180

161 armis *Buchwald* 162 *interrogationis notam post
 recti positam recte deleuit Ruperti* 163 *Magnam Lefebure
 Magna ChS Sacram uel Sanctam Ruperti Ingenuam i. m. Blass
 Canam nos* 164 *Aduersam ostentare ChO Aduersa ostendere LF Aduersam ostendere V — Auersam uel Inuersam
 Ruperti* 163. 164 *Magnum utique in magnis rebus populisque
 u. Aduersis seruare fidem ed. Basil.* 1522 *Magnum atque i. m.
 positum, p. u. Aduersa ostentare f. Heinsius Dignum atque
 i. m. positum p. u. Aduersis seruare f. uel Haud uersam ostendare f. Burmann Aduersa ostendere f. deleto uersu* 163 *Bentley*
 167 *Is] Sit uel Fit uel Est Heinsius* 169 *huc OV hinc L
 hoc F* 171 *angusta OV augusta LF — Cannas ChF canni L
 canne OV* 173 *nostris O* 175 *Samnitum F Sannitum LOV*
 177 *Quos f. socios? quosue a. interpunxi cum Bentleio Quos
 fugitis? socios etc. uulgo — auditis Ch* 179 *Ab V A LFO*
 180 *inter OV nitor LF*

Saeuum atque aequantem ritus Garamanta ferarum
 Marmarico ponam tentoria mixtus alumno?
 Ductoremque feram, cui nunc pro foedere proque
 Iustitia est ensis solaeque e sanguine laudes?
 Non ita, non Decio permixtum fasque nefasque, 185
 Haec ut uelle queat. nullo nos inuida tanto
 Armauit Natura bono, quam ianua mortis
 Quod patet et uita non aequa exire potestas.
 Haec uana auersas Decius iactauit ad auris.

Ast delecta manus iungebat foedera Poeno. 190
 Iamque aderat praemissa duci turbante tumultu
 Autololes numerosa cohors. ipse agmine magno
 Festinata citus per campos signa mouebat.
 Et Decius: 'Nunc hora, uiri, nunc tempus. adeste,
 Dum Capua dignum, dum me duce dextera uindex 195
 Molitur facinus; procumbat barbara pubes.
 Pro se quisque alacres rapite hoc decus. hostis adire
 Si parat, obstructas praebete cadauere portas
 Et ferro purgate nefas. hic denique solus
 Eluerit sanguis maculatas crimine mentes.' 200

Dumque ea nequicquam non ulli laeta profatur,
 Audita asperitate uiri coeptoque feroci,
 Multa feta gerens ira praecordia, Poenus
 Astabat muris propereque accersere lectos
 Immitem castris Decium iubet. horrida uirtus 205
 Armatumque fide pectus rectique cupidio
 Et maior Capua mens imperterrita mole
 Inuicta stabat toruoque minacia uultu
 Iussa ducis uerbisque etiam incessebat amaris.

181 ritus Cm Ep. 101 rictum Marsus 186 uos Marsus —
 uiuida Liuineius 187 morti Bentley Mortis Ruperti 188 e uita
 Marsus 189 aduersas F 190 iungebat S iungebant edd.
 pleraeque 191 aderat S aderant edd. pleraeque 193 citus]
 ortus OV 195 alterum dum deest in F 198 prebete S
 replete edd. nonnullae c. cod. Put. obstructa prohibete c. porta
 Blass 199 Aut s. Uel Ruperti 201 laeta] latea F
 (cf. u. 45) 208 minacia ChL minantia F uinacia OV

Quem Libya rector tot signa, tot arma ferentis 210
 Spernentem increpitans magno clamore profatur:
 'Post Paullum, post Flaminium componimur eheu
 Uecordi Decio, mecum certasse uolenti
 In decus et famam leti. rapite, ite citati,
 Signa, duces. pateatne mihi Campana uetante 215
 Urbs Decio, explorare libet, noua bella mouenti
 Cui patuere Alpes, saxa impellentia caelum
 Atque uni calcata deo.' Suffuderat ora
 Sanguis, et a toruo surgebant lumine flammae.
 Tum rictus spumans et anhelis faucibus acta 220
 Uersabant penitus dirum suspiria murmur.
 Sic urbem inuectus, toto comitante senatu,
 Et uulgo ad spectanda ducis simul ora ruente,
 Effundit cunctam rabiem irarumque procellas.
 Necnon et Decio propiora pericula mentem 225
 Flammarant, tempusque adeo cernebat adesse,
 Quo laudes ducis inuicti superaret inermis.
 Non illum fuga, non clausi occuluere penates;
 Sed liber, ueluti nullus penetrasset in urbem
 Hannibal, intrepido seruauerat otia uultu, 230
 Cum iuuenem saeuis, horrendum, concitus armis
 Inuadit globus et pedibus sublime sedentis
 Ductoris sistit. tonat inde ferocibus alte
 Incessens uictor dictis: 'Sonus ruentem
 Fulcire ac reuocare paras a funere Romam? 235
 O demens! en, qui diuum mihi munera tanta
 Eripiat. Decio prorsus seruabar inerti
 Vincendus, Decio imbelli, cui femina nulla,
 Orta in Agenoreis nostrae Carthaginis oris,
 Cesserit. huic agedum — nam cur indigna feramus? —

212 Paullum et eheu *Cm Ep. 101* 214 leti *Cm l. l.* — ite
Cm l. l. 215 pateatne *Cm l. l.* pateat *s* pateatque *uulgo*
 218 diffuderat *o* 220 rictu spumante *Marsus*, *quod prob.*
Withof 222 inuectus toto *Cm Ep. 101* 232 Inuadunt *Ch*
 233 sistunt *Heinsius* 237 seruabat *s* 240 huic *OV* huc *LF*,
quod fortasse retinendum

Magnanimo, miles, meritas innecte catenas.' 241
 Dixerat haec, neandum finem conuicia norant.
 Illatus uelut armentis super ardua colla
 Cum sese imposuit uictorque immane sub ira
 Infremuit leo et immersis grauis unguibus haesit, 245
 Mandit anhelantem pendens ceruice iuuencum.
 At Decius, dum uincla ligant: 'Necte ocius,' inquit, —
 'Nam sic Hannibalem decet intrauisse — catenas,
 Foederis infausti pretium. sic uictima prorsus
 Digna cadit Decius. nec enim te, sanguine laetum 250
 Humano, sit fas caesis placasse iuuencis.
 En dextra! en foedus! nondum tibi curia neandum
 Templorum intrati postes; iam panditur acri
 Imperio carcer. perge ac primordia tanta
 Accumula paribus factis. mihi fama sub umbras 255
 Te feret oppressum Capuae cecidisse ruinis.'
 Nec plura effari concessum. obnubitur atra
 Ueste caput, trahiturque ferox ante ora suorum.

Exin uictor ouans sedato pectore tandem
 Spectandis urbis tectis templisque serenos 260
 Laetus circumfert oculos et singula discit:
 Quis muris sator, et pubes sit quanta sub armis,
 Quot bello pateant argenti aerisque talenta;
 Nunc qualis frenata acies, nunc deinde pedestris
 Copia quanta uiris. monstrant capitolia celsa 265

241 Magnanimo miles **LF** Magnanime m. **OV** Magnanime
 o miles *edd. c. cod. Tell.* Magnanime, i, miles *Heinsius* Magnanimo,
 miles, meritas, i, necte c. *Bentley ad Hor. Epod. XVII.72*
 hunc agedum — Magnanime o uel i miles, meritis inn. catenis
Ruperti 243 ardua] agmina **O** 244 immanis ab ira *Heinsius*
 249 prorsus] pressus **OV** Poenis *Heinsius* 250 cadat **V** et
edd. pleraequie 252 en foedus **OV** heu foedus **LF** 253 intrati
Cm Ep. 101 — postes **OV** poscis **L** posces **F** 255 umbras
Cm l. l. umbris S 257 affari **OV** — arta *Drakenborch* 263 *sic*
uersum exhibet Ch — argentis **O** — erisque **LFO** aurique **V** —
 lateant *Burmann* iaceant *Schrader* — armisque *Heinsius* —
 Quot bello p. auri argenteque talenta *edd. nonnullae cum cod.*
Put. Quotque auri p. belli argenteque t. *Marsus aliique*

Stellatisque docent campos Cereremque benignam.
 Iamque diem ad metas defessis Phoebus Olympo
 Impellebat equis, fuscabat et Hesperos umbra
 Paulatim infusa properantem ad litora currum.
 Instituunt de more epulas festamque per urbem 270
 Regifice extractis celebrant conuiua mensis.
 Ipse, deum cultu et sacro dignatus honore,
 Praecipuis multoque procul splendidibus ostro
 Accipitur sublime toris. non una ministri
 Turba gregis; posuisse dapes his addita cura, 275
 His adolere focos, his ordine pocula ferre;
 Necnon et certis struitur penus. aspera mensa
 Pondera caelati fulgent antiquitus auri.
 Eripiunt flammae noctem, strepitique mouentum
 Murmurat alta domus. stupet inconsuetus opimae 280
 Sidonius mensae miles faciemque superbi
 Ignotam luxus oculis mirantibus haurit.
 Uescitur ipse silens et tantos damnat honores
 Esse epulis facilesque coli tanto agmine mensas,
 Donec pulsa faines, et Bacchi munera duram 285
 Laxarunt mentem. tum frontis redditia demum
 Laetitia, et positae grauiores pectore curae.
 Personat Euboica Teuthras testudine, Cymes
 Incola, et obtusas immiti murmure saeuiae
 Inter bella tubae permulcit cantibus auris. 290
 Namque Iouem et laetos per fulta canebat amores
 Electraeque toros Atlantidos; unde creatus,
 Proles digna deum, tum Dardanus; isque Tonanti
 Ut det Erichthonium magna de stirpe nepotem.

266 Stellantisque s	268 hesperos s	Hesperus uulgo
269 obfusa Drakenborch	273 Praecipuis	<i>Lefebure cum ed.</i>
Rom. 2	dolere F	277 Necnon certatim uel
276 adolere] dolere F	279 mouentum] uocantium	Nec non et Cereri Heinsius
Ruperti — strepitusque m.	Murmure tecta sonant Withof	280 —
283 tantos] cautos V	284 colit Bentley	286 frontis Chs
fronti Marsus	288 teuthras in lacunam m. 2 insertum in FV	287 tenthras L theucras O — Cymes] crines S
Iamque uulgo	294 erithonium LV erichonium F erichonum O	291 Namque S

Hinc Tros, hinc Illus, generis tunc ordine longo 295
 Assaracus, nulloque minor famaue manuae
 Tum Capys ut primus dederit sua nomina muris.
 Concelebrant plausu pariter Sidonia pubes
 Campanaeque manus. ante omnis ductor honori
 Nominis augusto libat carchesia ritu; 300
 Cetera quem sequitur Bacchique e more liquorem
 Irrorat mensis turba ardescitque Lyaeo.

Interea, Tyrio resoluta in gaudia coetu
 Conuerso — neque enim, iuuenis non digne sileri,
 Tramittam tua copta libens famamque negabo 305
 Quamquam imperfectis, magnae tamen indolis, ausis —
 Mens una, inuiolata mero nullisque uenenis
 Potando exarmata, decus pugnaeque necisque
 Sidoniae tacito ualuebat pectore molem.
 Quoque esset miranda magis tam sacra libido, 310
 Pacuuio genitus patrias damnauerat artis.
 Is uariis oneratum epulis atque atria tardo
 Linquentem gressu comitatus pone parentem,
 Postquam posse datum meditata aperire nouosque
 Pandere conatus, et liber parte relictam 315
 Tectorum a tergo patuit locus: ‘Accipe digna
 Et Capua et nobis,’ inquit, ‘consulta’. togaue
 Armatum amota nudat latus, ‘hoc ego bellum
 Conficere ense paro atque auulsum ferre Tonanti
 Rectoris Libyci uictor caput. hic erit ille, 320
 Qui polluta dolis iam foedera sanciet, ensis.
 Si perferre nequit spectacula tanta senectus
 Et tremit inceptis lasso maioribus aeuo,

297 primus, *ut ed. Marsus L* primis **F****O****V** 298 plausa **S**
 300 Numinis *Dausqueius* — augusti *Ruperti cum cod. Tell.*
 301 e more **S** ex m. *uulgo* 307 uni et 308 Potanti et 309
 poenaeque *Heinsius* 308 Potandi *Blass* — decus] duci et
 309 Sidonio *L. Müller d. r. m. p. 174*, sed cf. *Koch p. 26*
 310 tam *ed. Rom. 1 tum LFV cum O* 311 Pacullo *ChLFV*
 Pacculo **O** Pacuio *L. Müller (cf. u. 58)* 313 pene **LOV**
 poenae **F**

At tu securis concede penatibus et me
 Linque meae menti; summum quod credis et aequas 325
 Hannibalem superis, o quantum nomine maior
 Iam Poeno tibi natus erit! Uibrabat ab ore
 Ignis atrox, animusque uiri iam bella gerebat,
 Cum senior, tanti pondus conaminis aegra
 Iam dudum uix aure ferens, tremebundus ibidem 330
 Sternitur et pedibus crebro pauida oscula figens:
 'Per si quid superest uitiae, per iura parentis
 Perque tuam nostra potiorem, nate, salutem,
 Absiste inceptis, oro, ne sanguine cernam
 Polluta hospitia ac tabo repleta cruento 335
 Pocula et euersas pugnae certamine mensas.
 Tune illum, quem non acies, non moenia et urbes
 Ferre ualent, cum frons propior lumenque corusco
 Igne micat, tune illa uiri, quae uertice fundit,
 Fulmina pertuleris, si uiso intorserit ense 340
 Diram, qua uertit per campos agmina, uocem?
 Fallit te, mensas inter quod credis inermem.
 Tot bellis quaesita uiro, tot caedibus armat
 Maiestas aeterna ducem. si admoueris ora, 344
 Cannas et Trebiam ante oculos Thrasymennaque busta
 Et Pauli stare ingentem miraberis umbram.
 Quid? tanto in casu comitum iuxtaque iacentum
 Torpebunt dextrae? parce, oro, et desine uelle,
 Cui nequeas uictor superesse. an tristia uincia
 Et Decius non erudiant componere mentem?' 350
 Talia commemorans, famae maioris amore
 Flagrantem ut uidit iuuenem surdumque timori:
 'Nil ultra posco, refer in conuiuia gressum;

324 At tu Ch Et tu S — securus uel secretis *Heinsius*
 331 pedibus] genibus *Schrader* 336 inuersas *Blass* 337 non
 moenia **FV** nec m. **LO** 338 proprior **LV** 340 interserit L —
 ensem **OV** 341 quam **OV** 344 interna *Bothe* 345 busta]
 lustra *Blass* 347 tanta in rabie *Ruperti* 348 uelle] belli
Heinsius bello *Bothe* 349 Cum *Dausqueius* 352 timoris
Heinsius

Approperemus,' ait. 'non iam tibi pectora pubis
 Sidoniae fodienda manu tutantia regem. 355
 Hoc iugulo dextram explora. namque haec tibi ferrum,
 Si Poenum inuasisse paras, per uiscera ferrum
 Nostra est ducendum. tardam ne sperne senectam.
 Opponam membra atque ensem extorquere negatum
 Morte mea eripiam.' Lacrimae tunc ore profusae, 360
 Et magna superum cura seruatus in arma
 Scipiadae Poenus; nec tantum fata dederunt
 Externa peragi dextra. pulcherrimus irae
 Et dignus fieri compos memorabilis ausi,
 Amisit quantam posito conamine laudem, 365
 Cui tantum est uoluisse decus? tum reddere sese
 Festinant epulis et tristia fronte serenant,
 Donec laeta uirum soluit conuiuia somnus.

Postera lux Phaethontis equos proferre parabat,
 Iam rapido summis curru splendente sub undis, 370
 Et iuuenis, magno generatus Hamilcare, duras
 Iam dudum exercet curas. Carthaginis arces
 Ire ferox Mago et patribus portare iubetur
 Nuncia facta ducis. praeda et captiuia leguntur
 Corpora derepta eque uiris sub Marte cruento 375
 Exuuiae, fausti superis libamina belli.
 Altera curarum Libycis dimittitur oris
 Heu Decius, reduci lentas seruatus ad iras,
 Ni poenae iuuenem indignae miseratus ab alto
 Iupiter antiquam Batti uertisset ad urbem. 380
 Hic Pellaea uirum Ptolomaei sceptrum uehentum

356 haec Cm Ep. 101 hoc Heinsius 357 ferrum Cm l. l.
 364 campos OV 366 tanta Heinsius — reddere] cedere LOV
 tedere F 369 phetontis LOV foetontis F 370 rapido
 summis Cm l. l. rapidos omnis S 371 At Heinsius — duras]
 crudas idem 374 Nuntius acta Blass 375 derepta eque Ch
 derepta que O 377 dimittitur S, ut ed. Basil. 1543 et coni.
L. Müller demittitur uulgo 378 reduce OV 380 bacchi L
 bacci F batri OV 381 Pellaea Ruperti pelea LV poelea F
 pellea O — ptolomaei LF ptholomaei OV

Eripuere minis, resolutaque uincula collo.
 Atque eadem uitae custos mox deinde quieto
 Accepit tellus ossa inuiolata sepulcro.

Nec Uenerem interea fugit exoptabile tempus 385
 Poenorum mentes caeco per laeta premendi
 Exitio et luxu corda importuna domandi.
 Spargere tela manu passim fallentia natis
 Imperat et tacitas in pectora mittere flamas.
 Tum pueris dulce arridens: 'Eat improba Iuno 390
 Et nos — nec mirum, quid enim sumus? — acta secundis
 Despiciat. ualet illa manu, ualet illa lacertis;
 Paruula nos arcu puerili spicula sensim
 Fundimus, et nullus nostro de uulnere sanguis. 394
 Verum, agite, o mea turba, precor, nunc tempus, adeste
 Et Tyriam pubem tacitis exurite telis.
 Amplexu multoque mero somnoque uirorum
 Profliganda acies, quam non perfregerit ensis,
 Non ignes, non immissis Gradiuus habenis.
 Combibat illapsos ductor per uiscera luxus, 400
 Nec pudeat picto fultum iacuisse cubili,
 Nec crinem Assyrio perfundere pugnet amomo.
 Ille, sub hiberno somnos educere caelo
 Iactator, tectis malit consumere noctes;
 Ac ponat ritus uescendi, saepe citato 405
 Dum residet sub casside equo, discatque Lyaeo
 Imbellem donare diem. tum deinde madenti
 Post epulas sit grata chelys, segnisque soporas,
 Aut nostro uigiles ducat sub numine noctes.'

Haec postquam Uenus, applaudit lasciuus et alto 410
 Mittit se caelo niueis exercitus alis.

389 tacitas] tantas **O** 391 aucta *D. Heinsius* alta
Schrader 392 Dispiciat **s** 394 et] it *Heinsius probb.*
Lefebure et Drakenborch 396 telis] taedis *Heinsius* 399 im-
 missus **F** 402 pugnet **LV** pugne **F** piget **O** 403 se ducere
Barth 404 Iactatus *c. cod. Tell. Lefebure* Laetus *Heinsius*
 — tectis] telis **O** de . . . *Ch* (*T. p. 246*) taedis *Barth* dapibus
Heinsius 408 chelis **FOV** telis **L**

Sentit flammiferas pubes Maurusia pennas,
Et pariter fusis tepuerunt pectora telis.
Bacchi dona uolunt epulasque et carmina rursus
Pieria liquefacta lyra. non acer aperto 415
Desudat campo sonipes, non ulla per auras
Lancea nudatos exercet torta lacertos.
Mollitae flammis lymphae languentia somno
Membra fouent, miserisque bonis perit horrida uirtus.
Ipse etiam, afflatus fallente Cupidine, ductor 420
Instaurat mensas dapibus repetitque uolentum
Hospitia et patrias paulatim decolor artis
Exuit, occulta mentem uitianti sagitta.
Altera iam patria atque aequo sub honore uocatur
Altera Carthago Capua, intactumque secundae 425
Fortunae ingenium uitia allestantia quassant.
Nec luxus ullus mersaeque libidine uitae
Campanis modus; accumulant uariasque per artis
Scenarum certant epulas distinguere ludo,
Ut strepit assidue Phrygiam ad Nilotica loton 430
Memphis* Amyclaeo passim lasciuia Canopo.
Inprimis dulcem, Poeno laetante, per auris
Nunc uoce infundit Teuthras, nunc pectine cantum.
Isque ubi mirantem resonantia pollice fila
Ductorem uidit Libya, canere inde superbas 435
Aoniae laudes sensim testudinis orsus,

414 rursus] cursus L prorsus Schrader 417 nodatos
Heinsius duratos uel durandos Schrader 419 horrida] obruta
Heinsius 423 sagina *Heinsius* 425 in tectumque D. *Heinsius*
et Cellarius 426 allestantia Bothe et van Veen ad latrantia S
adsultantia Bentley oblectantia Schrader allabantia Blass
430 ad Phrygiam *Heinsius* prob. Bentleyo Phrygiae ad Nilotida
l. *Dausqueius* 431 post Memphis duo excidisse hemistichia
mihi persuasit Hilberg (p. l.) — passim] par iam Schlichteisen
(p. l.) — M. Amyclaei in fossa (ad fossam) l. Canopi uel M.
Amyclaeo fossae (fossam) insultante Canopo Ruperti M. Amy-
claei simulans lasciuia Canopi Thilo (p. l.) 430. 31 Et str. a.
Phrygium ad Nilotica lotos Tympanum Amyclaeo passim l.
Canopo Blass 435 cauere OV

Concordem citharae mouit per carmina linguam,
Uincere linquentis uitam quae possit olores.

Atque haec e multis carpsit mollissima mensae:

Argolicis quondam populis, mirabile dictu,

Exaudita chelys, lapidem testudine felix 441

Ducere et in muris posuisse uolentia saxa.

Haec Amphionio uallauit pectine Thebas

Ac, silice aggeribus per se scandente uocatis,

Iussit in immensum cantatas surgere turris. 445

Altera, turbatum plectro moderata profundum,

Et tenuit phocas et in omni Protea forma

Traxit et aequoreo portauit Ariona dorso.

Iam, quae Peliaca formabat rupe canendo

Heroum mentes et magni pectora Achillis, 450

Centauro dilecta chelys compesceret iras,

Percussa fide, uel pelagi uel tristis Auerni.

Iamque chaos, caecam quondam sine sidere molem

Non surgente die, ac mundum sine luce canebat.

Tum deus ut liquidi discesset stagna profundi 455

Tellurisque globum media compage locasset;

Ut celsum superis habitare dedisset Olympum,

Castaque Saturni monstrabat saecula patris.

Sed, quos pulsabat Riphaeum ad Strymona, nerui,

Auditus superis, auditus manibus Orpheus, 460

Emerito fulgent clara inter sidera caelo.

Hunc etiam mater, tota comitante sororum

439 mensae] musae *Heinsius* 440 scopolis *Gronov*
 441 testudine] uel pectine *Ruperti* dulcedine *Thilo* 442 muris *s*
muros *edd.* — *uolentia* *Ch LF* *uolantia* *OV* 444 locatis *Heinsius*
 447 Detinuit *Heinsius* 449 Iam *Dausqueius* Nam *s*
 Tum *Ruperti* — formabat *Ch* 453 Iamque *Dausqueius*
 Namque *s* 454 fulgente *Schrader* 455 discesset *Ch F*,
sed in F m. 2 corr. in discusset — discussit *L* discussus *OV*
discusses *Liuineius* *aliique* dissepset *uel* discesset *Heinsius*
discusses *Bentley* diuisset *Blass* 459 ripheum *LFO* rhipheum *V*
Rhodopeum *Ruperti* — neruis *Ch LFO* uernis *V* neruos *Cellarius*
et Schrader, qui et *u.* 460 Auditos *s.* auditos *m.* *legi uult*
 462 Nunc *OV*

Aonidum turba, mater mirata canentem.
 Non illo Pangaea iuga aut Mauortius Haemus,
 Non illo modulante sonos stetit ultima Thrace; 465
 Cum siluis uenere ferae, cum montibus amnes.
 Immemor et dulcis nidi positoque uolatu
 Non mota uolucris captiua pependit in aethra.
 Quin etiam, Pagasaea ratis cum caerula — nondum
 Cognita terrenae — pontonque intrare negaret, 470
 Ad puppim sacrae, cithara eliciente, carinae
 Adductum cantu uenit mare. pallida regna
 Bistonius uates flammisque Acheronta sonantem
 Placauit plectro et fixit reuolubile saxum.
 O dirae Ciconum matres Geticique furores 475
 Et damnata deis Rhodope! tulit ora reuulsa
 In pontum, ripis utraque sequentibus, Hebrus.
 Tum quoque, cum rapidi caput a ceruice recisum
 Portarent fluctus, subito emicuere per undas
 Ad murmur cete toto exultantia ponto? 480
 Sic tunc Pierius bellis durata uirorum
 Pectora Castalio frangebat carmine Teuthras.
 Interea placida attulerant iam flamina terris
 Magonem Libycis. lauro redimita subibat
 Optatos puppis portus, pelagoque micabant 485
 Captiua arma procul celsa fulgentia prora.
 At, patulo surgens iam dudum ex aequore, late
 Nauticus implebat resonantia litora clamor,
 Et, simul adductis percussa ad pectora tonsis,
 Centeno fractus spumabat uerbere pontus. 490

466 fontibus Schrader 468 mora s 469 pagasea V
 pegasaea LFO 470 terrenae F terrene LOV terrigenis uulgo
 terrenis Heinsius — pontonque Liuineius et Lachmann ad
Locr. V. 507 pontoque s — negaret Liuineius et Koch p. 28
 negarent s 473 Bistonius OV Bisthonus LF 477 utra-
 que s utrimque uulgo — querentibus Schrader 478 rescis-
 sum Schrader 481 tunc LF tum V tu o 483 placita ap-
 pulerant Heinsius — terris] tēis F (*cf. XII. 90*)

Nec lentum in medios rapienda ad gaudia uulgus
 Procurrit fluctus, elataque turba fauore
 Certatim ingenti celebrat noua gaudia plausu.
 Aequatur rector diuis. illum undique matres,
 Illum turba minor, moniti gaudere nepotes, 495
 Et senior manus et iuxta populusque patresque
 Mactatis superum dignantur honore iuuencis.
 Sic patriam Mago et portas ingressus ouantis
 Fraternae laudis fama. ruit inde senatus,
 Et multo patrum stipatur curia coetu. 500
 Tum diuos ueneratus auum de more uetusto:
 'Martem,' ait, 'egregium et fractas, quis Itala tellus
 Nitebatur, opes, pars ipse haud parua laborum,
 Nuntio. pugnatum superis in uota secundis.
 Est locus, Aetoli signat quem gloria regis, 505
 Possessus quondam prisca inter saecula Dauno;
 Umentis rapido circumdat gurgite campos
 Aufidus et stagnis intercipit arua refusis;
 Mox fluctus ferit Hadriacos magnoque fragore
 Cedentem impellit retrorsus in aequora pontum. 510
 Hic Uarro et magnum Latia inter nomina Paulus
 Nomen, quis rerum ducibus permissa potestas,
 Uix dum depulsa nigrae caligine noctis,
 Inuadunt campum et late fulgentibus armis
 Accendunt ultro lucem surgentis Eoi. 515
 Nos contra — nam germanum furor acer agebat
 Optatae pugnae — castris cita signa mouemus.
 Intremit et tellus, et pulsus mugit Olympus.
 Hic fluum et campos abscondit caede uirorum
 Ductor, quo numquam maiorem ad bella tulerunt 520

493 celebrat chs celebrant uulgo — gaudia] praemia Bothe
 497 dignatur s 507 Umentis LF Umentes Cd (T. p. 216)
 Humentis V Uuentis O 508 interstrepit uel interluit Blass
 511 Hunc Bothe 512 Lumen Heinsius 515 Accendunt FOV
 Accedunt L Offundunt uel Abscondunt Blass 518 Intremit
 et s Intremuit uulgo

Rectorem terrae. uidi, cum turbine saeuo
 Ausonia et sonitu bellantis fusa per agros
 Uni terga daret. uidi, cum Uarro citato
 Auferretur equo, projectis degener armis.
 Quin et magnanimum, perfozzo corpore telis, 525
 Strage super socium uidi te, Paule, cadentem.
 Aegatis ille et seruilia foedera larga
 Ultus caede dies; non plus optasse liberet,
 Quam tum concessit dexter deus. altera iam lux
 Si talis redeat, populis sis omnibus una 530
 Tum, Carthago, caput terrasque colere per omnis.
 Testes hi stragis, quos signum illustre superbis
 Mos laeuia gestare uiris.' Tum funditur ante
 Ora admirantum praefulgens anulus auro;
 Datque fidem uerbis haud paruo insignis aceruo. 535
 Hinc iterum repetens: 'Restat nunc sedibus imis
 Uertenda atque aequanda solo iam subruta Roma.
 Annitamur,' ait, 'uires refouete tot haustas
 Casibus, et pateant non parca aeraria dextris,
 Quas emimus bello. defit iam belua, tristis 540
 Ausoniis terror, necnon alimenta fatigant.'

Atque ea dum memorat, toruo conuersus in ora
 Hannonis uultu, quem gliscens gloria prauum
 Ductoris studio iam dudum agitabat acerbo:
 'Iamne tibi dextras inceptaque nostra probamus? 545
 Iam fas Dardanio me non seruire colono?
 Anne iterum Hannibalem dedi placet? atra ueneno

522 tonitru bellantis uel bellanti *Heinsius* 525 magna-
 nimum **L** magna nimium **F** **O** **V** 526 Strage **V**, ut *coni. Liui-*
neius Stare LFO (cf. X. 587) 527 illa **F** 529 Quam tum
Cm Ep. 64 V Quantum LFO 530 talis *Cm l. l. LF deest in*
OV (*T. p. 219*) — sis] eris *Withof* 531 colere **S** colare *ed.*
Ald. aliaeque 536 restet **OV** 537 iam *om. O* 538 re-
 fouete **S** refouere *edd. pleraeque* 539 et pateant **S** ut *p. Ch*
 540 bello *Ch* — *tristis*] castris *Heinsius* cristis *Burmann*
 541 elementa **OV** — *fatiscunt Burmann* 544 Ductori *Ch S*
 — aceruo **OV** 545 Iamne *Cm l. l.* 546 Colono *Cm l. l.*

Inuidiae nigroque undantia pectora felle,
 Tandem tot titulis totque exorata trophyaeis,
 Infelix muta. dextra en, en dextera, quam tu 550
 Aeneadis lacerare dabas, et litora et amnes
 Et stagna et latos impleuit sanguine campos.
 Haec Mago, atque animos fauor haud obscurus alebat.

Cui, simul inuidia atque ira stimulantibus, Hannon:
 'Talia uesani iuuenis conuicia miror 555
 Haud equidem; tumet ingenio, fraternaque corda
 Non tarde agnoscas et uirus futile linguae.
 Qui ne mutatum uanis absistere credat,
 Nunc pacem orandum, nunc improba foedere rupto
 Arma reponendum et bellum exitiale cauendum 560
 Auctor ego. atque adeo uosmet perpendite, quaeso,
 Quid ferat; haud aliud nobis censere relictum est.
 Tela, uiros, aurum, classis, alimenta precatur
 Belligeramque feram. uictus non plura petisset.
 Sanguine Dardanio Rutulos saturauimus agros, 565
 Et iacet in campis Latium. deponere curas
 Tandem ergo, bone, da, uictor, liceatque sedere
 In patria; liceat non exhaustire rapacis
 Impensis belli uacuatos saepe penates.
 Nunc en, nunc, inquam — falsa ut praesagia nostra 570
 Sint, oro, mensque augurio ludatur inani —
 Haud procul est funesta dies. atrocias noui
 Corda ac prospicio natas e cladibus iras.
 Uos ego, uos metuo, Cannae. submittite signa
 Atque adeo temptate, agedum, ac deposcite pacem: 575
 Non dabitur. parat ille dolor, mihi credite, maius

548 nudantia L 549 exorata Cm l. l. exornata S exar-
 mata Schrader 550 dextra en dextera Cm l. l. 552 latos]
 Latios Heinsius Latio compleuit Schrader 554 Hannon Blass
 hanno S 558 Qui S Quin Marsus — credat Cm l. l. credas S
 559 orandum Cm l. l. orandam S 560 reponenda S 564
 petisset scr. cum Heinsio dedissem S — uicto n. pl. dedissem
 ed. Raphel. 1600, quod prob. Barth uictis n. pl. ded. Liuineius
 uictus uel uictis uel uicto num pl. petisset Heinsius

Exitum accepto; citiusque haec foedera uictor,
 Quam uictus, dabit. atque adeo, qui tanta superbo
 Facta sonas ore et spumanti turbine perflas
 Ignorantum aures, dic, en, germanus in armis 580
 Ille tuus par Gradiuo, per saecula tellus
 Cui similem numquam ductorem in bella creauit,
 Moenia Romuleae cur nondum uiderit urbis?
 Scilicet e gremio matrum rapiamus in hostem
 Nondum portandis habiles grauioribus armis? 585
 Aeratas iussi texamus mille carinas,
 Atque omnis Libyae quaeratur belua terris,
 Ut longa imperia atque armatos proroget annos
 Hannibal et regnum trahat usque in tempora fati?
 Uos uero — neque enim occulto circumdamur astu — 590
 Ne dulcis spoliate domos; castrisque potentum
 Atque opibus sancite modum. pax optima rerum,
 Quas homini nouisse datum est; pax una triumphis
 Innumeris potior; pax, custodire salutem
 Et ciuis aequare potens, reuocetur in arcis 595
 Tandem Sidonias; et fama fugetur ab urbe
 Perfidae, Phoenissa, tua. si tanta libido
 Armorum tenet atque enses non reddere perstat
 Poscenti patriae, nil suppeditare furori
 Hortor et haec fratri Magonem dicta referre.' 600

Plura annexentem — neque enim satiauerat iras
 Dicendo — clamor turbat diuersa uolentum:
 'Si Libya deus, haud ulli superabilis armis,
 Hannibal est irae tibi, destituemus ad ipsas
 Uictorem metas? nec opum adiumenta feremus? 605
 Inuidia unius sceptrorum ut iam parta retardet?
 Inde alacres tribuunt, quae belli posceret usus,
 Absentique suum iactant sub teste fauorem.

583 uicerit *Heinsius*584 e gremio *Ch*586 iussi *Ch*591 spoliata *S*597 tuae *Ch S*601 satiauerat *OV*sauciauerat *LF*

Mox eadem terris placitum traducere Hiberis,
 Dum malus obtrectat facta immortalia liuor 610
 Nec sinit adiutas ductoris crescere laudes.

SILI ITALICI
 P U N I C O R U M
 LIBER DUODECIMUS.

Iam terra glaciale caput fecundaque nimbis
 Tempora et austrifero nebulosam uertice frontem
 Immitis condebat Hiems, blandisque salubre
 Uer Zephyris tepido mulcebat rura sereno:
 Prorumpit Capua Poenus uicinaque late 5
 Praemisso terrore quatit. ceu condita bruma,
 Dum Riphaea rigent Aquilonis flamme, tandem
 Euoluit serpens arcano membra cubili
 Et spondente die nouus emicat atque coruscum
 Fert caput et saniem sublatis faucibus efflat. 10
 At Libyci ducis ut fulserunt signa per agros,
 Desolata metu cuncta, et suadente pauore
 Uallo se clausere simul trepidique salutis
 Expectant ipsis metuentes moenibus hostem.
 Sed non ille uigor, qui ruptis Alpibus arma 15
 Intulerat dederatque uias Trebiaque potitus
 Maeonios Italo scelerauit sanguine fluctus,

611 sinit **V** sunt **LFO** (cf. X. 67) — ad uitas **V** attritas
 ductoris uel ad iustas ductorem *Heinsius* ad metas *Ruperti* et
L. Müller d. r. m. p. 174 1 *terrae* **O** 7 *riphea* **S** (cf. XI.
 459) — flamme *Ruperti* flumina **S** *flamina uulgo* 9 spon-
 dente **ChLFO** (cf. *Ov. Ib. 217*) *Splendente* **V** 10 *afflat* **O**
 11 *libici* *ducis* **O** *ducis libyci* **LF** *dulcis libici* **V** 16 *Impulerat*
-Heinsius

Tunc inerat. molli luxu madefacta meroque,
Illecebris somni torpentia membra fluebant.
Quis gelidas suetum noctes thorace grauatis 20
Sub Ioue non aequo trahere et tentoria saepe
Spernere, ubi hiberna ruerent cum grandine nimbi,
Ac ne nocte quidem clipeiuē ensesue reposti,
Non pharetrae aut iacula, et pro membris arma fuere:
Tum graue cassis onus maioraque pondera uisa 25
Parmarum, ac nullis fusae stridoribus hastae.

Prima instaurantem sensit certamina mitis
Parthenope, non diues opum, non spreta uigoris;
Sed portus traxere ducem secura uolentem
Aequora, quae peteret ueniens Carthagine puppis. 30
Nunc molles urbi ritus atque hospita Musis
Otia et exemptum curis grauioribus aeuum.
Sirenum dedit una suum, memorabile, nomen
Parthenope muris Acheloias, aequore cuius
Regnauere diu cantus, cum dulce per undas 35
Exitium miseris caneret non prospera nautis.
Haec pone aggressus — nam frontem clauserat aequor —
Moenia, non ulla ualuit perfringere Poenus
Tota mole uias frustaque inglorius ausi
Pulsauit quatiens obstructas ariete portas. 40
Stabat Cannarum Graia ad munimina uictor
Nequicquam et cautae mentis consulta probabat
Euentu, qui post Dauni stagnantia regna
Sanguine Tarpeias ire abstinuissest ad arces.
'En, qui nos segnes et nescire addere cursum 45

18 labefacta *Heinsius et Schrader* 19 Et somni illecebris
Heinsius 24 fouere *Heinsius* 25 Tum s Tunc uulgo
 28 tum spr. u. *Heinsius* non laeta uel feta u. *Burmann* non
 sueta uigori *Schrader* 30 Litora *Schrader* — quos *Heinsius*
 31 Nunc chs Nam uulgo 33 suum et *Nicander* suis (muris)
Heinsius sacrum et *Withof*, sed cf. III. 669 37 peno *LOV*
 poeno F — aegressus F egressus *LOV* 38. 39 non ulla —
 Tutas uel non ulla — *Tuta Heinsius*

Factis iactastis, quod uobis scandere nuper
 Non acie ex ipsa concessum moenia Romae,
 Intrate atque epulas promissas sede Tonantis
 His, quae Graia manus defendit, reddite tectis.⁵⁰
 Talia iactabat famaeque pudore futurae,
 Irritus incepti prima si absisteret urbe,
 Audebat cuncta atque acuebat fraudibus enses.
 Sed subitae muris flammae totoque fluebant
 Aggeris anfractu tela improvisa per auras.
 Haud secus, oculuit saxi quo uertice fetus
 Ales fulua Iouis, tacito si ad culmina nisu⁵⁵
 Euasit serpens terretque propinquus hiatu,
 Illa, hostem rostro atque assuetis fulmina ferre
 Unguis incessens, nidi circumuolat orbem.
 Tandem ad uicinos Cumarum uertere portus
 Defessus subiit uarioque lacesere motu
 Fortunam et famae turbando obstare sinistrae.
 Sed custos urbi Gracchus, tutela uel ipsis
 Certior, arcebat muris iterumque sedere
 Portis atque aditus iterum sperare uetabat.⁶⁰
 Lustrat inops animi rimaturque omnia circum
 Alite uectus equo rursusque hortatibus infit
 Laudum agitare suos: 'Pro di, quis terminus,' inquit,
 'Ante urbes standi Graias, oblite tuorum

46 Factis s Fatis *uulgo* — uobis V nobis LFO 48 aede
Heinsius 49 Hisque s 51 incepti *Marsus aliique* incepta
 s et *uulgo* — prima uel primi *Heinsius* primis ChOV primus
 LF et *uulgo* — inceptus prima *Barth* incepti Poenus *Gronov*
 incepti uel insessa uel obsaepta primus *Dausqueius* 53 e
 muris et pluebant *Heinsius* 55—59 hos uersus *Blass* post u.
 65 poni uult 55 quo *Blass* quos s quae *Heinsius* cum *Li-*
uineius et *Dausqueius* 56 nisu F uisu LOV 58 fulmine s
 59 nidum c. umbra *Schrader* 61 subiit Ch subigit s —
 Defesso subiit *Gronov* et *Heinsius* Defessum subiit *Lefebure* et
Bothe Defessos subiit *Ruperti* Defessos subigit *Barth* Defessus
 subigit *Ernesti* 65 Portis s Portus Ch — sedere, Portus
Drakenborch aliique s. Ad portas aditusque *Heinsius* s. Por-
 tarumque aditus *Withof* tenere Portus *Burmann* nocere Portis
 uel ferire Portas *Ruperti* 68 qui 0

Factorum miles? quis erit modus? Alpibus astat 70
 Nimirum maior moles, et scandere caelum
 Pulsantis iubeo scopulos; quamquam altera detur
 Si similis tellus, aliaeque repente sub astra
 Exurgant rupes, non ibis et arduus arma
 Me ducente feres? tene heu Cumanus hiantem 75
 Agger adhuc murusque tenet Gracchusue, moueri
 Non ausus portis? paruo in discrimine cerno,
 An uobis gentes, quaecumque labore parastis,
 Casu gesta putent? per uos Tyrrhena fauentum
 Stagna deum, per ego et Trebiam cineresque Sagunti 80
 Obtestor, dignos iam uosmet reddite uestra,
 Quam trahitis, fama et reuocate in pectora Cannas.'

Sic ductor fessas luxu attritasque secundis
 Erigere et uerbis tentabat sistere mentes.
 Atque hic perlustrans aditus, fulgentia cernit 85
 Arcis templa iugo, quorum tum Uirrius, altae
 Immitis ductor Capuae, primordia pandit:
 'Non est hoc,' inquit, 'nostri, quod suspicis, aeui;
 Maiores fecere manus. cum regna timeret
 Dictaei regis, sic fama est, linquere terras 90
 Daedalus inuenit nec toto signa sequenti
 Orbe dare, aetherias aliena tollere in auras
 Ausus se penna atque homini monstrare uolatus.
 Suspensum hic librans media inter nubila corpus
 Enauit superosque nouus conterruit ales. 95
 Natum etiam docuit falsae sub imagine plumae

71 scindere Schrader 75 tene Cm Ep. 64 te ne LF
 tenet OV — euntem Schrader 76 gracchusue LO gracchus-
 que FV Gracchumque et 77 ausum uulgo mutata distinctione
 et interrogationis signo post cerno posito 78 An Cm l. l. —
 nobis O 79 per uos Cm l. l. S uos per uulgo 81. 82
 uestrae Ch, unde uestrae — famae Heinsius — reddite, gestis
 Quam trahitis, fama Ruperti — in pectora Ch 85 hinc
 Heinsius 86 alta Schrader 87 Immitis] Immeritus uel
 Ante omnis uel Intuitus Heinsius Infidus Burmann Iam mitis
 Schrader 89 regna timeret Cm Ep. 64 S bella timeret Ch
 90 terras] tēas F (cf. XI. 483) 91 sequendi Gronov

Attentare uias uolucrum; lapsumque solutis
 Pennarum remis et non felicibus alis
 Turbida plaudentem uidit freta. dumque dolori
 Indulget subito, motis ad pectora palmis, 100
 Nescius heu planctu duxit moderante uolatus.
 Hic pro nubiago gratus pia templa meatu
 Instituit Phoebi atque audacis exuit alas.'

Uirrius haec. sed enim ductor numerabat inertis
 Atque actos sine Marte dies ac stare pudebat. 105
 Ingemit aduersis respectansque irrita tecta
 Urbe Dicarchaea parat exsatiare dolorem.
 Hic quoque nunc pelagus, nunc muri saxea moles
 Officit audenti defensantumque labores.
 Dumque tenet socios dura atque obsaepta uiarum 110
 Rumpere nitentis lensus labor, ipse propinqua
 Stagnorum terraeque simul miracula lustrat.

Primores adsunt Capuae: docet ille, tepentes
 Unde ferant nomen Baiae, comitemque dedisse
 Dulichiae puppis stagno sua nomina monstrat. 115
 Ast hic Lucrino mansisse uocabula quondam
 Cocytii memorat medioque in gurgite ponti
 Herculeum commendat iter, qua discidit aequor
 Amphitryoniades, armenti uictor Hiberi.
 Ille, olim populis dictum Styga, nomine uerso 120
 Stagna inter celebrem nunc mitia monstrat Auernum;
 Tum, tristi nemore atque umbris nigrantibus horrens
 Et formidatus uolucri, letale uomebat
 Suffuso uirus caelo Stygiaque per urbes
 Religione sacer saeuum retinebat honorem. 125
 Hinc uicina palus — fama est Acherontis ad undas

98 non] cum L 103 phoebi s Phoebo *uulgo* 104 sed enim]
 sedem F 105 artos V 106 despectans uel detrectans
Schrader — inuia tecta uel irrita coepita *Heinsius* 110 ob-
 saepta] abspecta F 116 manasse Koch transisse *Blass*
 118 discidit Cm Ep. 64 119 uictor Cm l. l. F uector LOV
 abductor uel rector uel ductor *Heinsius* 123 uomebat]
 mouebat s 126 Huic *Liuiueius* et *Gronov*

Pandere iter — caecas stagnante uoragine fauces
 Laxat et horrendos aperit telluris hiatus
 Interdumque nouo perturbat lumine manis.
 At iuxta caligantis longumque per aeuum 130
 Infernis pressas nebulis pallente sub umbra
 Cimmerias iacuisse domos noctemque profundam
 Tartareae narrant urbis. tum sulphure et igni
 Semper anhelantis coctoque bitumine campos
 Ostentant. tellus, atro exundante uapore 135
 Suspirans ustisque diu calefacta medullis,
 Aestuat et Stygios exhalat in aëra flatus;
 Parturit et tremulis metuendum exsibilat antris,
 Interdumque cauas luctatus rumpere sedis,
 Aut exire fretis, sonitu lugubre minaci 140
 Mulciber immugit lacerataque uiscera terrae
 Mandit et exesos labefactat murmure montis.
 Tradunt Herculea prostratos mole gigantas
 Tellurem iniectam quatere, et spiramine anhelo
 Torreri late campos, quotiensque minantur 145
 Rumpere compagem impositam, expallescere caelum.
 Apparet ProchYTE saeuum sortita Mimanta,
 Apparet procul Inarime, quae turbine nigro
 Fumantem premit Iapetum flamasque rebelli
 Ore eiectantem et, si quando euadere detur, 150
 Bella Ioui rursus superisque iterare uolentem.
 Monstrantur Uesuuina iuga atque in uertice summo
 Depasti flammis scopuli stratusque ruina
 Mons circum atque Aetnae fatis certantia saxa.

127 uoramne Ch 130 At iuxta caligantes Ch 131 Squa-
 lente Corte ad Lucan. VI. 646 (cf. I. 83) 135 Obstentant V
 Ostentat Ch LFO 138 Parturit] Pars ruit Barth Par furit
 uel Perfurit Heinsius, quod prob. Bothe 140 Aut] Atque
Liuineius — fretis Ch 143 gigantas L gigantes FOV
 145 minantur Ch 146 impositum S 147 Mimanta Cd
 (T. p. 214) numanto LFV munanto O 148 inarme S 152 ues-
 uina LV uessuuina F uesuna O Besuina Ch Uesuina Heinsius
 Ueseua uulgo, 153 stratusque V, ut coni. Heinsius fractus-
 que LFO 154 fatis LFV satis O saxis Dausqucius factis Bothe

- Necnon Misenum seruantem Idaea sepulcro 155
 Nomina et Herculeos uidet ipso in litore Baulos.
 Miratur pelagine minas terraeque labores.
- Quae postquam perspecta uiro, regressus ad altos
 Inde Pheretiadum muros, frondentia laeto
 Palmite deuastat Nysaea cacumina Gauri. 160
 Hinc ad Chalcidicam transfert citus agmina Nolam.
 Campo Nola sedet, crebris circumdata in orbem
 Turribus, et celso facilem tutatur adiri
 Planitiem uallo; sed, qui non turribus arma
 Defendenda daret, uerum ulti moenia dextra 165
 Protegeret, Marcellus opem auxiliumque ferebat.
 Isque ubi Agenoream procul aduentare per aequor
 Et ferri ad muros nubem uidet: 'Arma, cruentus
 Hostis adest, capite arma, uiri,' clamatque capitque.
 Circumstant rapidi iuuenies aptantque frementi 170
 Sanguineas de more iubas; sonat inde, citato
 Agmina disponens passu: 'Tu limina dextrae
 Seruabis portae, Nero; tu conuerte cohortes
 Ad laeuam patrias et Larinatia signa,
 Clarum Uolscorum Tulli decus; ast ubi iusso, 175
 Per tacitum ruptis subita ui fundite portis
 Telorum in campos nimum. ferar ipse reuulsa
 In medios equitumque traham certamina porta.'
 Dumque ea Marcellus, iam claustra reuellere Poeni
 Et scalis spretis tentabant rumpere muros. 180
- Insonuere tubae passim clamorque uirorum
 Hinnitusque, simul litui raucoque tumultu

155 seruantem **OV** seruante **LF** 159 Pheretiad um *Gronov*
 Phereciadum **Ch** pherochiadum **L** ferochiadum **F** pherechiadum
OV Pherecyadum *Drakenborch* Dicarchiadum *uel* Dicarchaeum *Schrader* 161 calchidicam **LOV** chalchidicam **F**
 168 uidit **O** 170 Circumdant rapide *Heinsius* 171 de Marte
Schrader — tonat *Liuiueius* uolat *Heinsius* 174 larinancia **OV**
 177 ferat **LFV** ferit **O** — ipsa **O** 179 reuellere **ChLF**
 euellere **OV** 180 Spretis *Nodell* et *Blass* spretos **S** — tentare
 irrumpere *Lefebure* 182 Hinnitusque **Cm Ep. 64 LF** Inni-
 tatusque **V** Inuitusque **O** Tinnitusque *uulgo* Tinnitusque *Gronov*

Cornua et in membris concussa furentibus arma.
 Fertur acerba lues disiectis incita portis,
 Effusaeque ruunt inopino flumine turmae; 185
 Improbus ut fractis exundat molibus amnis,
 Propulsum ut Borea scopulis impingitur aequor,
 Ut rupto terras inuadunt carcere uenti.
 Nec torrente Libys uiso armorumque uirumque
 Deiectus sperare ualet. dux Dardanus instat 190
 Attonito, praegressus equo, tergisque ruentum
 Incumbens hasta, socios nunc uoce fatigat:
 'Perge, age, fer gressus. dexter deus; horaque nostra est.
 Hac iter ad muros Capuae.' Nunc rursus in hostem
 Conuersus: 'Sta. quo raperis? non terga tuorum, 195
 Te, ductor Libyae, increpito. sta. campus et arma
 Et Mars in manibus. dimitto e caede cohortes,
 Spectemur soli. Marcellus proelia posco.'
 Sic rector Latius; iuuenique inuadere pugnam
 Barcae suadebat honor pretiumque pericli. 200
 Sed non haec placido cernebat pectore Iuno
 Coepaque auertit suprema in fata ruentem.
 Sistere percuslos ille et reuocare laborat:
 'Talesne e gremio Capuae tectisque sinistris
 Egredimur? state, o miseri, quis gloria summa 205
 Dedeconi est. nil uos hodie, mihi credite, terga
 Uertentis fidum expectat. meruistis, ut omnis
 Ingruat Ausonia, et saeuo Mauorte parastis,
 Ne qua spes fusos pacis uitaeque maneret.'
 Uincebat clamore tubas uocisque uigore 210
 Quamuis obstructas saeuus penetrabat in auris.

184 acerbum **S** — incita LFO (in F incita m. 2 in lacunam insertum) in V — portis codd. Put. et Tell. aliique turmis Ch (T. p. 248) — undique telis **mulgo** 189 uiso cod. Put. nisu ChLF uisu O niso V — terrente L. uisu **mulgo** — uirumque **FV** uirum L utrūque O 190 Deiectus spe, stare ualet *Ruperti* 191 praegressus ChLF progressus OV 193 fert gressus dexter d. *Heinsius* 196 stet campus *Dausqueius* 197 e caede **LFV** a caede O caede Ch — dimitte c. *Heinsius* 205 summo *Heinsius* 206 Dedeconi V Decori **LFO**

Polydamanteis iuuenis Pedianus in armis
 Bella agitabat atrox Troianaque semina et ortus
 Atque Antenorea sese de stirpe ferebat,
 Haud leuior generis fama sacroque Timauo 215
 Gloria et Euganeis dilectum nomen in oris.
 Huic pater Eridanus Uenetaeque ex ordine gentes
 Atque Apono gaudens populus, seu bella cieret
 Seu Musas placidus doctaeque silentia uitae
 Mallet et Aonio plectro mulcere labores, 220
 Non ullum dixere parem; nec notior alter
 Gradiuo iuuenis, nec Phoebo notior alter.
 Qui postquam, effusis urgens uestigia frenis
 Poenorū, iuxta galeam atque insigne perempti
 Agnouit spolium Pauli — puer illa gerebat, 225
 Non paruo laetus ductoris munere, Cinyps,
 Dilectus Poeno Cinyps, quo gratior ora
 Non fuit ac nulla nituit plus fronte decoris;
 Quale micat semperque nouum est, quod Tiburis aura
 Pascit, ebur, uel qui miro candoris honore 230
 Lucet in aure lapis, rubris adiectus ab undis —
 Quem postquam egregium cristis et casside nota
 Fulgentem extremo Pedianus in agmine uidit,
 Ceu subita ante oculos Pauli emersisset imago
 Sedibus infernis amissaque posceret arma, 235
 Inuadit frendens: ‘Tune, ignauissime, sacri
 Portabis capitis, quae non sine crimine uester
 Inuidiaque deum gestaret tegmina ductor?
 En Paulus.’ Uocat inde uiri ad spectacula manis
 Et fugientis agit costis penetrabile telum. 240
 Tum, delapsus equo, galeam atque insignia magni

212 Pulidamanteis F, sed o suprascr. 215 sacroue L
 218 opano LFO opauo V 220 Aonio Heinsius aonios S
 221 duxere Heinsius 222 h. u. inser. Cm Ep. 53, extat in LF
 deest in OV (T. p. 224) — natior Ch (T. p. 211), unde gratior
 uel carior Heinsius 227 ora Ch hora O 229 semper
 quod OV 231 ab Indis Schrader c. edd. uett. 234 Ceu Cm
 Ep. 53

- Consulis abrumpit dextra spoliatque nitentem.
Solutur omne decus leto, niueosque per artus
It Stygius color et formae populatur honores.
Ambrosiae cecidere comae, uiolataque ceruix 245
Marmoreum in iugulum collo labente recumbit.
Haud secus Oceano rediens Cythereius ignis,
Cum sese Ueneri iactat splendore refecto,
Si subita inuadat nubes, hebetatur et, atris
Decrescens tenebris, languentia lumina condit. 250
Ipse etiam rapta Pedianus casside nudos
Attonitus stupet ad uultus irasque coerct.
- Tum, galeam magno socium clamore reportans,
Immitem quatiebat equum, spumantia saeuo
Frena cruentantem morsu; cui turbidus armis 255
Obuia Marcellus rapido tulit ora tumultu
Agnoscensque decus: 'Macte o uirtutis auitae,
Macte Antenoride! nunc,' inquit, 'rapta petamus,
Quod superest, Libyci ductoris tegmina' — et ardens
Terrificis saeuam fundit stridoribus hastam. 260
Nec forsan uoti uanus foret, obuia ni uis
Gestaris opposito tenuisset corpore telum.
Qui dum uicinis ductorem protegit armis,
Transabiit non hunc sitiens grauis hasta cruorem
Ingentisque minas mutata morte peregit. 265
Auehitur raptim ductor, discrimin'e leti
Turbatus, cursumque furens ad castra capessit.
Iamque fugae immodicus tendit certamine gressum
Praecipitem uersis Poenorum exercitus armis.
Assequitur telis hostis, longasque uiritim 270

242 nitentem *Blass* uidentem **S** iacentem *Burmann*
245 uiolataque] tum lactea *Heinsius* et uiolacea *Ruperti*
248 iactat] sacrat **Ch** 251 rapta, ut coni. *Liuiueius* et *Hein-*
sius, **LF** capta **OV** 253 socium **Cm** Ep. 53 254 Immitis
Schrader 255 cui] fortasse cum scribendum 257 o deest in **S**
258 Antenorida *Heinsius* — rupta *Bothe* 263 Quem *Bentley*
266 Aduehitur **L** — leti] uitae uel A. paruo d. d. leti *Ruperti*
267 ferens **O**

Exsatiant iras cladum caeloque cruentos
 Certatim ostentant et dis ultioribus enses.
 Ille dies primus docuit, quod credere nemo
 Auderet superis, Martis certamine sisti
 Posse ducem Libyaee. raptant currusque uirosque 275
 Massylamque feram; et uiuis auulsa reportant
 Tegmina bellantum atque abeunt, sub cuspide terga
 Contenti uidisse ducis. tum Martis adaequant
 Marcellum decori. graditur comitante triumpho
 Maior, quam ferret cum uictor opima Tonanti. 280

Inde furens, postquam uallo uix depulit hostem,
 Ductor Agenoreus: 'Quando hanc quantoque cruore
 Hostili labem eluerim? mea terga uidere
 Contigit Ausoniae? mene,' inquit, 'summe deorum,
 Post Trebiam statuis tam turpi funere dignum?' 285
 Uosque, inuicta diu, nunc heu sine Marte iuuentus
 Debellata bonis Capuae, non degener ipse
 Gestorum Ausoniis uerti uictricia signa,
 Uobis terga dedi. uidi, cum ad bella uocarem,
 Non secus atque Italo fugere a ductore pauentis. 290
 Quid reliquum prisci Martis tibi, qui dare terga
 Me reuocante potes?' Fundebat talia Poenus;
 Et Latiae sese Nolana ad moenia turmae,
 Portantes spolia insigni clamore, ferebant.

At consueta grauis per longum audire suorum 295
 Euentus Roma et numquam recreata secundis,
 Allato tandem faustae certamine pugnae,
 Erigitur primoque deum se munere tollit.
 Ante omnis pigra in Martem fugiensque laborum,
 Dum bellum tonat, et sese furata iuuentus 300
 Dat poenas latebrae; tum, qui dulcedine uitae
 Inuenere dolos iurataque foedera Poeno
 Corrupere, notant et purgant crimine gentem.

273 primus Ch 277 sub casside *Dausqueius* 285 statui
Heinsius, quod prob. *Ruperti* — turpi LFV tristi O 289 ad om. V
 293 At nos 294 spolium Ch 295 At iam sueta *Withof* 296 re-
 creata Cm Ep. 53 LF recreare OV 300 fucata L 301 quid L

Punitur patriam meditati linquere terram
Consilium infelix scelerataque culpa Metelli. 305

Talia corda uirum. sed enim nec femina cessat
Mentem aequare uiros et laudis poscere partem.
Omnis, prae sese portans capitisque manusque
Antiquum decus ac derepta monilia collo,
Certatim matrona ruit belloque ministrant. 310

Haud tanta cessisse uiros in tempore tali
Laudis sorte piget; factoque in saecula ituro
Laetantur tribuisse locum. tum celsa senatus
Subsequitur turba. in medium certamine magno
Priuatae cumulantur opes. nudare penatis 315

Ac nihil arcanos uitiae melioris ad usus
Seposuisse iuuat. coit et sine nomine uulgus.
Corpore sic toto ac membris Roma omnibus usa,
Exanguis rursus tollebat ad aethera uultus.

Addunt spem miseris dulcem Parnasia Cirrha 320

Portantes responsa uiri. nam laeta ferebant
Exaudisse adytis, sacra cum uoce tonaret
Antrum, et mugiret Phoebo iam intrata sacerdos:
'Solute, gens Ueneris, grauioris corde timores;
Aduersa, et quicquid duri sub Marte manebat, 325

Exhaustum est uobis. restant leuiora laborum
Et sine pernicie terror. dis uota precesque
Ferte modo et tepidos aris libate cruoress.
Neu date terga malis. aderit Gradiuus, et ipse

Delius auertet propiora pericula uates, 330

Troianos notus semper minuisse labores.
Sed uero, sed enim ante omnis altaria fument

304 meditati Cm l. l. V meditata O meditari LF 306 nec
Cm l. l. non S — cessat Cm l. l. 307 Mente uulgo
309 derepta ChOV derecta LF 311 tantae Heinsius —
cessisse O sessisse LF sensisse V 312 Laudis forte Cd ad
IV. 803 (T. p. 215) 313 locum OV iocum L focum F
320 Parnaside Heinsius — cirrh F circa LOV deerat uocabu-
lum in Col. teste Heinsio (T. p. 246) 331. 332 labores Sic
ueros, sed enim Bothe

Centum festa Ioui; centum cadat hostia cultris.
 Ille trucem belli nubem saeuasque procellas
 In Libyam violentus aget; spectabitis ipsi 335
 Aegida turbato quatientem in proelia mundo.
 Atque ea Parnasi postquam clamata sub antris
 Allatum, uulgique deus peruenit ad auris,
 In Capitolinias certatim scanditur arces,
 Sternunturque Ioui et delubrum sanguine honorant. 340
 Tum paeana canunt responsaque fida precantur.

Interea assuetis senior Torquatus in armis
 Sardoas patrio quatiebat milite terras.
 Namque, ortum Iliaca iactans ab origine nomen,
 In bella Hampsagoras Tyrios renouata uocarat. 345
 Proles pulchra uiro nec tali digna parente
 Hostus erat; cuius fretus fulgente iuuenta,
 Ipse asper paci, crudos sine uiribus annos
 Barbarici studio ritus refouebat in armis.
 Isque ubi Torquatum raptim properata ferentem 350
 Signa uidet pugnaeque auidas accedere dextras,
 Fraude loci nota, latebrosa per auia saltus
 Euolat et, prouisa fugae compendia captans,
 Urigulta tegitur ualle ac frondentibus umbris.

Insula, fluctisono circumuallata profundo, 355
 Fastigatur aquis compressaque gurgite terras
 Enormis cohibet nudae sub imagine plantae.
 Inde Ichnusa prius Grais memorata colonis;
 Mox Libyci Sardus generoso sanguine fidens
 Herculis, ex sese mutauit nomina terrae. 360

333 cadit **S** 334 crucem bebli (!) **L** 335 violentus **Ca**
 (*T. p. 215*) **LFV** violentis **O** violenter *uulgo* 337 Atque ea **Ch**
 At ea **O** 343 turres *Heinsius* 345 ansagoras **L** 347 Hostus **Ch**
 (*T. p. 237*) Ortus **LOV** Hortus **F** — cuius **F** cumis **LOV**
 350 furentem **OV** 351 accedere **Ca** (*T. p. 215*) **S** accendere
edd. rec. c. cod. Put. 352 latebrosa **S** tenebrosa **Ch** salebrosa
Heinsius 353 prouisa et captans **Cm** *Ep. 53* carpens **S**
 354 Urigulta — ualle **Ch** — et **OV** 356 Fastigatur **Ch** **LF**
 Castigatur **OV** 358 Ichnusa] idunisa **L** id musa **V** idnuisa
m. 2 in lacunam ins. F deest in O

Affluxere etiam et sedes posuere coactas
 Dispersi pelago post eruta Pergama Teucri.
 Nec paruum decus, aduecto cum classe paterna
 Agmine Thespiadum, terris, Iolaë, dedisti.
 Fama est, cum laceris Actaeon flebile membris 365
 Supplicium lueret spectatae in fonte Dianaæ,
 Attonitum nouitate mali fugisse parentem
 Per freta Aristaeum et Sardoos isse recessus;
 Cyrenen monstrasse ferunt noua litora matrem.
 Serpentum tellus pura ac uiduata uenenis, 370
 Sed tristis caelo et multa uitiata palude.
 Qua uidet Italiam, saxoso torrida dorso
 Exercet scopulis late freta pallidaque intus
 Arua coquit nimium, Cancro fumantibus Austris.
 Cetera propensae Cereris nutrita fauore. 375

Hoc habitu terrae nemorosa per inuia crebro
 Torquatum eludens Hostus, Sidonia pugnae
 Tela expectabat sociosque laboris Hiberos.
 Qui postquam appulsis animos auxere carinis,
 Haud mora: prorumpit latebris; aduersaque late 380
 Agmina inhorrescunt, longumque coire uidetur
 Et conferre gradum. media interualla patentis
 Corripiunt campi properatis eminus hastis,
 Donec ad expertos enses, fidissima tela,
 Peruentum. dira inde lues, caeduntque caduntque 385
 Alternique animas saeuo in mucrone relinquunt.

Non equidem iunumeras caedes totque horrida facta
 Sperarim tanto digne pro nomine rerum
 Pandere nec dictis bellantum aequare calorem.
 Sed uos, Calliope, nostro donate labori, 390

362 diruta *Gronov* 364 iole **LFO** yole **V** 365 etheon **L**
 aetaeon **FOV** 366 in *deest in s* 369 Cyrenen **V** Cyrenem **LFO**
 370 ac uiduata] inuiduata **s** — ueneni *Heinsius* 371 tristi
Heinsius 374 fumantibus] cudentibus *Ruperti* feruentibus
Blass — astris *Bothe* 377 Hostus *Heinsius* hostis **s** (*cf. u. 403*)
 379 Cui *Heinsius* 384 exsertos *Liuineius* 385 dira et
 caeduntque **Ch**

Nota parum magni longo tradantur ut aeuo
 Facta uiri, et meritum uati sacremus honorem.
 Ennius, antiqua Messapi ab origine regis,
 Miscebatur primas acies, Latiaeque superbium
 Uitis adornabat dextram decus; hispida tellus 395
 Miserunt Calabri; Rudiae genuere uetustae;
 Nunc Rudiae solo memorabile nomen alumno.
 Is prima in pugna — uates ut Thracius olim,
 Infestam bello quateret cum Cyzicus Argo,
 Spicula deposito Rhodopeia pectine torsit — 400
 Spectandum sese non parua strage uirorum
 Fecerat, et dextrae gliscebat caedibus ardor.
 Aduolat, aeternum sperans fore, pelleret Hostus
 Si tantam labem, ac perlibrat uiribus hastam.
 Risit nube sedens uani conamina coepti 405
 Et telum procul in uentos dimisit Apollo
 Ac super his: 'Nimium, iuuenis, nimiumque superbi
 Sperata hausisti. sacer hic ac magna sororum
 Aonidum cura est et dignus Apolline uates.
 Hic canet illustri primus bella Itala uersu 410
 Attolletque duces caelo; resonare docebit
 Hic Latiis Helicona modis nec cedet honore

393 Messapi *ca* (*T. p. 216*) V mesapi LF massapi O
 395 dextram *Scaliger* dextra S 399 cum Cyzicus Argo Ch —
 cyricus LFV criticus O 400 torsit O torsti LFV 403 sper-
 nens ChS, sed in F m. 2 corr. in sperans — hostis ChS
 404 peruibrat Schrader 407. 408 superbe *Scaliger* aliique
 superbi Sperati *quidam ap. Dausqueium* superba Sperata Gronov
et Liuineius — n. superbi Irrita spes ausi est uel Spes ablata
 ausi est uel Spe fata hausisti *Heinsius* n. superbi Sperare haec
 ausi est *Withof* nimium en uanam n. superbam Spem mente
 hausisti *Ruperti* nimium es iuuenis nimiumque superbis; Sperato
 absistas *Bothe* n. superba Spe rata duxisti *Koestlin* n. superbi
 Spes erat hunc sisti *Blass* n. superbi Spe uana (uel Sperando)
 hausisti nos n. superbus Spem uanam hausisti *Thilo* (*p. l.*);
an scribendum: nimium iuuenis (= *iuuenilis*, ut νέος = νεανικός)
 nimiumque superbi Speras, Hoste, tibi. ? 409 cura est Ch
 412 latis elicona S — honore] Homero Wesseling Obs. uar. II.
c. 30 p. 280 sq.

Ascraeo famae seni.' Sic Phoebus, et Hosto
 Ultrix per geminum transcurrit tempus harundo.
 Uertuntur iuuenis casu perculta per agros 415
 Agmina, et effusae pariter dant terga cateruae.
 Tum pater, audita nati nece turbidus irae,
 Barbaricum atque immane gemens, transfigit anhelum
 Pectus et ad manis urget uestigia nati.'

At Libyae ductor, Marcelllo fractus et acri 420
 Contusus pugna, campos damnarat et arma
 Uerterat ad miseras non aequi Martis Acerras.
 Inde, ubi permisit flammis atque ensibus urbem,
 Nuceriae, nihilo leuior nec parcior ira,
 Incussit sese atque aequauit moenia terrae. 425
 Post Casilina sibi, multum obluctatus inquis
 Defendantum armis, aegre reserauerat astu
 Limina et obsessis uitam pensauerat auro.
 Iamque, in Dauniacos transfundens agmina campos,
 Flectebat rabiem, quo praeda uel ira uocasset. 430
 Fumabat uersis incensa Petilia tectis,
 Infelix fidei miseraeque secunda Sagunto,
 At quondam Herculeam seruare superba pharetram.

Uerterat et mentem Tyria ad conata Tarentus,
 Portisque intrarant Poeni. sed enim arce corusca, 435
 Fisa loco, manus Ausoniae stipata sedebat.
 Hic, miranda mouens, classem, quae condita portu
 Astabat — namque angustis e fauibus aequor
 Erumpit scopulos inter patuloque recessu

413 Ascraeo] Cumaeo uel Smyrnaeo *Ruperti* — famae] Smyrnae Barth — Hosto Ch hosco LOV hesto F 417 Dum S
 424 leuior OV laeuior F lenior L — irae Gronov aliique
 426 iniqui Ch 427 armis] animis *Dausqueius* — aegre res.
 astu] et uel uix re res. arta *Ruperti* — astu] aestu Bothe
 428 obsessos OV, unde at obsessus Barth 429 in Dauniacos
Scaliger et *Heinsius* indauniagos LF in dauniagos O in dāpni-
 uagos V (praeter da litteras omnes m. 2 in lacunam scr.) Iamque
 uaga in Dauni tr. Thilo — transfundens S perfundens uulgo
 430 uocassent *Heinsius* 433 At Ch 438 e] se *Heinsius*
 et Bothe 439 Irrumpit Bothe

- Infundit campis secretum gurgite pontum — 440
 Inclusas igitur, quibus haud enare dabatur,
 Arce superposita, claustris maris extulit astu
 Perque auersa tulit portatas arua carinas.
 Lubrica roboreis aderant substramina plaustris,
 Atque, recens caesi tergo prolapsa iuuenci, 445
 Aequoream rota ducebat per gramina puppim.
 Et iam, per collis dumosque ad litus adacta,
 Innabat pelago ueniens sine remige classis.
 Nuntius interea uectis non more carinis
 Terrentem freta curarum feroibus implet, 450
 Dum procul Oebalios amet expugnare nepotes
 Et primus rostris sulcet naualibus arua,
 Assessos Capuae muros, claustra ipsa reuelli
 Portarum, ac totum miseris incurrere bellum.
 Linquit copta ferox, pennasque addente pudore 455
 Atque ira simul, immani per proxima mota
 Euolat et minitans auida ad certamina fertur.
 Haud secus, amissso tigris si concita fetu
 Emicet, attonitae paucis lustratur in horis
 Caucasus et saltu tramittitur alite Ganges; 460
 Donec fulmineo partus uestigia cursu
 Colligat et rabiem prenso consumat in hoste.
 Obuius huic sparso Centenius agmine raptim
 Funditur, audendi prauus facilisque periclis.

440 Infundit **Cm** *Ep. 53* Diffundit **LF** Effundit **OV** 442 ex-
 suit *Gronov* expulit *Heinsius* extrahit *Withof* 443 aduersa **F**
 — tulit] uehit *Withof* — portatas arua **Ch** portatus a. **LF**
 portatus in a. **OV** 444 aderant **S** sederant **Ch** sed erant
Lachmann ad Lucr. VI. 613 — substramina **V** substamina **LFO**
 445 Atque] Inque *Lachmann l. l.* — perlapsa *Scaliger et Schrader*
 444. 45. 46 L. r. sed erant substr. aplustris Atque — Aequo-
 ream in freta ducebant p. gr. p. *Blass* 448 Iuuabant **L**
 Lunabant **FOV** 451 auet *Nicander aliique* — et pugnare **S**
 452 Ut **S** 453 Assessos **Cm** *Ep. 1* Ad fessos **V** — ipsa] illa **F**
 456 post immani distingui uult *Heinsius* 457 auide *Draken-*
borch et Schrader 462 Colligat **O** Colligit **LFV** 463 hinc **OV**
 — centennis **LOV** certennuis **F**

Sed paruum decus Hannibali. nam, uitis honore 465
 Perfunctus Latiae, subito stimularat agrestis
 Semermemque manum sternendam obiecerat hosti.
 Bis septem demissa neci — nec substitit agmen —
 Milia; bis septem, quae non sollertior ense,
 Sed genus insignis, iustis ducebat in armis 470
 Fuluius; ast aeque per corpora fusa iacentum
 Raptum iter est, uictorque moram non passus eundi.
 Exequiae tantum famam nomenque uolentem
 Mitificae mentis tenuerunt funere laeto. 474
 Namque per insidias, infandum, et ab hospite caesus,
 Colloquium et promissa petit dum perfida gentis
 Lucanae, Gracchus, caeco circumdatus astu,
 Occiderat, laudemque Libys rapiebat humandi.

Sed non, ut scitum celerare ad moenia Poenum,
 Abstabat res ulla loco: iam consul uterque 480
 Praecipites aderant; Nola uis omnis, et Arpis
 Aeui floridior Fabius rapida arma ferebat;
 Hinc Nero et hinc uolucris Silanus nocte dieque
 Impellebat agens properata ad bella cohortis.
 Undique conueniunt, pariterque opponere cunctos 485
 Uni ductores iuueni placet. arduus ipse
 Tifata insidit, propior qua moenibus instat
 Collis, et e tumulis subiectam despicit urbem.
 Uerum ubi tot sese circumfundentibus armis
 Uallatas socium portas unaque negari
 Intrauisse sibi Capuaeque erumpere cernit, 490

466 subitos <i>Gronov et Heinsius</i>	468 Plus septem et
469 bis septem quoque non s. e. <i>Ruperti</i>	471 Fuluius LF
Buluius OV — ast] haec <i>Gronov</i>	472 euntis S 474 Miti-
<i>ad Liu. p. 520 (T. p. 198)</i> LFV Artificae O Horrificae	flicae uulgo 475 caeso Chs falso <i>Ruperti</i> 480 Abstabat (= aberat)
scr. (cf. <i>Archiv f. latein. Lexicographie VII. p. 277</i>) Astabat S	481 <i>Abstabat</i> (<i>scr. (cf. Archiv f. latein. Lexicographie VII. p. 277)</i>) Astabat S
Sat stabat <i>Dausqueius</i> Restabat spes ulla loco <i>uel</i> Hoc stabat	482 <i>rabida Ch</i> — ferebat <i>Ch</i>
spes illa loco <i>Heinsius</i> Cessabat res ulla . loco <i>Withof</i> Ad-	483 <i>uolucris Ch uolucres S</i> — <i>Silanu Ch</i> 487 <i>Tefata</i>
flabat spes ulla . loco <i>Bothe</i>	<i>insidit Ch</i> — <i>Te fata incidit S</i> 491 <i>irrumpere Heinsius</i>

Anxius euentus, nunc ferro frangere coetum
 Obstantum meditatur, init nunc auia coepto
 Consilia atque astu quaerit tot milia portis
 Abstrahere artatis cinctosque resoluere muros. 495
 Sic igitur secum curasque ita corde fatigat:
 'Quo, mens aegra, uocas? rursusne pericula sumam,
 Non aequus regione loci? Capuaque uidente
 Terga dabo? an, residens uicini uertice montis,
 Excindi ante oculos patiar socialia tecta? 500
 Non ita me experti Fabius Fabiique magister,
 Turbarum experiens cum clausos milite collis
 Euasi uictor sparsosque per arua iuuencos
 Iactare accensis stimulaui cornibus ignes.
 Haud dum omnes abiere doli. defendere nobis 505
 Si Capuam erectum est, dabitur circumdare Romam.'
 Haec postquam placita, et tenuit sententia mentem,
 Non expectato, Titan dum gurgite lucem
 Spirantis proferret equos, impellit in agmen
 Uoce manuque uiros et copta immania pandit: 510
 'Perge, age, uince omnem, miles, uirtute laborem
 Et, quantum humani possunt se tendere passus,
 Arduus accelera. Romam petis. hoc iter Alpes,
 Hoc Cannae strauere tibi. eia, incute muris
 Umbonem Iliacis Capuaeque repende ruinas; 515
 Quam tanti fuerit cadere, ut Palatia cernas
 Et demigrantem Tarpeia sede Tonantem.

492 euentus *Gronov*, *Bentley*, *Ruperti* aduentus **S** ad
 uentos *Bothe* 493 init **Cm** *Ep. 53* huc **S** — coepti *Heinsius*
 497 rursusue **S** 498 Capuane *Ruperti* 501 Fabiique **Ch**
Fabioque S 502 experiens *scr. asperior Ch* (*T. p. 204. 211*) **LF**
hesperior O *esperior V* 501. 502 *Fabioque m.* *Turbarum ex-*
pertor, c. uulgo *Fabioque m.* *Turmarum asperior* *Liuineius*,
quod prob. Blass *Fabioque m.* *Turbarum inceptor uel* *Fabiique*
m. *Turbarum expertem* *Dausqueius* *Fabiique m.* *Turbarum uel*
Turmarum, experto Barth 509 *in] en et* 510 *uiris Ruperti*
 511 *uince] unice L* 512 *possint Heinsius* 514 *strauere Cm*
Ep. 38 statuere O (*cf. IV. 701*) 515 *Terrorem Ruperti* 516 *Quae*
tanti fuerint, cadere ut *Gronov* 517 *demigrantem LFV, ut*
coni. Modius denigrantem O *Cm Ep. 38 Cd* (*T. p. 213. 214*)

Instincti glomerant gressus. Roma auribus haeret,
 Roma oculis. creduntque ducis sollertibus actis
 Aptius id coeptum, quam si duxisset ab ipso 520
 Fatali Aeneadis campo. Uulturna citata
 Tramittunt alno uada postremique relinquunt
 Tardandis Italica corruptas igne carinas.
 Tum Sidicina legunt pernicibus arua maniplis
 Threiciamque Calen, uestras a nomine nati, 525
 Orithyia, domos. hinc Allifanus Iaccho
 Haud inamatus ager nymphisque habitata Casinis
 Rura euastantur; mox et uicinus Aquinas
 Et, quae fumantem texere giganta, Fregellae
 Agmine carpuntur uolucri. fert concitus inde 530
 Per iuga celsa gradum, duris qua rupibus haeret
 Bellator Frusino, et surgit suspensa tumenti
 Dorso frugiferis Cerealis Anagnia glebis.
 Iamque adeo est campos ingressus et arua Labici,
 Linquens Telegoni pulsatos ariete muros, 535
 Haud dignam inter tanta moram. nec amoena retentant
 Algida nec iuxta Iunonis tecta Gabinae.
 Praeceps ad ripas immani turbine fertur,
 Sulphureis gelidus qua serpit leniter undis
 Ad genitorem Anio, labens sine murmure, Thybrim. 540
 Hic ut signa ferox dimensa que castra locauit
 Et ripas tremefecit eques, perterrita pulsis
 Ilia prima uadis sacro se coniugis antro
 Condidit, et cunctae fugerunt gurgite nymphae.
 At matres Latiae, ceu moenia nulla supersint, 545
 Attonitae passim furibundis gressibus errant.
 Ante oculos astant lacerae trepidantibus umbrae,

518 Instincti **Cm l. l. s** Instructi *edd. nonnullae* 520 quam
 si **Cm l. l.** 522 alno **Cm l. l. aluo s** 526 Orythia **LF**
 Orithia **ov** — Aelifanus **cd** (*T. p. 215*) 527 inamatus **Cm l. l.**
 — *nymphis h. Casinis Ch casini s* 529 Et **ov** At **Ch LF**
 Ac *Heinsius* — *fregellae L fragellae FOV* 531 *thuris Ch*
 534 *Labyci Ch* 545 *supersunt L* 546 *hic u. in Col. teste*
Heinsio proxime sequenti postpositus erat

Quaeque grauem ad Trebiam, quaeque ad Ticina fluenta
 Oppetiere necem, Paulus Gracchusque cruenti
 Flaminiusque simul, miseris ante ora uagantur. 550
 Clausit turba uias. stat celsus et asper ab ira
 Ingentemque metum toruo domat ore senatus.
 Interdum tamen erumpunt sub casside fusae
 Per tacitum lacrimae: quidnam Fortuna minetur,
 Quidue parent superi? Pubes dispersa per altas 555
 Stat turris atque huc uentum sub corde uolutat,
 Ut iam Roma satis credat defendere muros.

Poenus ut ad somnos uix totam cursibns actae
 Indulsit pubi noctem, uigil ipse nec ullam
 Ad requiem facilis credensque abscedere uitae, 560
 Quod sopor eripiat, tempus: radiantibus armis
 Induitur Nomadumque iubet prorumpere turmas.
 Inde, leuis frenis, circum pauitantia fertur
 Quadrupedante sono perculta moenia Romae.
 Nunc aditus lustrat, clausas nunc cuspidi pulsat 565
 Infesta portas fruiturque timore pauentum.
 Nunc, lentus celsis astans in collibus, intrat
 Urbem oculis discitque locos causasque locorum.
 Ac legeret uisu cuncta et penetraret in omnis
 Spectando partis, ni magno turbine adesset 570
 Fuluius, haud tota Capuae obsidione reicta.
 Tum demum castris turmas inflexit ouantis
 Spectata ductor satiatus pectora Roma.
 Atque ubi nox depulsa polo primaque rubescit
 Lampade Neptunus reuocatque Aurora labores, 575
 Effundit rupto persultans agmina uallo
 Et, quantum clamare ualet: 'Per plurima uestra,
 O socii, decora et sacras in sanguine dextras,

559 Inclusit **O** 562 numidumque **S**, sed in **F** o et a
suprascr. 563 freni *Heinsius* 567 lentus **S** laetus *uulgo*
 571 toto **S** 572 influxit **O** subduxit *Gronov et Burmann*
subuexit Schrader 573 Spectant (*et da m. 2 superascr.*) **V**
 577 uestra **L** nostra **FOV** 578 sacras in **s.**] saturatas **s.**
Heinsius satiatas **s.** *Drakenborch*

Uobis ite pares et tantum audete sub armis,
 Quantum Roma timet. reliquam hanc excindite molem;
 Nil, quod uincatis, toto restabit in orbe. 581
 Neu populi uos Martigenae tardarit origo;
 Intratam Senonum capietis milibus urbem
 Assuetamque capi. fortasse curulibus altis
 Iam uos, exemplo proauorum, ad nobile letum 585
 Expectant de more senes mortique parantur.'

Talibus hic Poenus; sed contra Oenotria pubes
 Non ullas uoces ducis aut praecepta requirit.
 Sat matres stimulant natique et cara supinas
 Tendentum palmas lacrimantiaque ora parentum. 590
 Ostentant paruos uagituque incita pulsant
 Corda uirum, armatis infigunt oscula dextris.
 Ire uolunt et pro muris opponere densi
 Pectora respectantque suos fletumque resorbent.
 Ut uero impulso patefactae cardine portae 595
 Et simul erupit motis exercitus armis,
 Funditur immixtus gemitu precibusque per altos
 Ad caelum muros plangor, sparsaeque solutis
 Crinibus exululant matres atque ubera nudant.
 Fuluius anteuelans agmen: 'Quis nesciat,' inquit, 600
 'Non sponte ad nostros Poenum uenisse penatis?
 A portis fugit Capuae.' Subnectere plura
 Conantem tristis caeli cum murmure uasto
 Turbauit fragor et subita de nube procellae.
 Iupiter, Aethiopum remeans tellure, minantem 605
 Romuleo Poenum ut uidit succedere uallo,
 Caelicolis raptim excitis, defendere tecta
 Dardana et in septem discurrere iusserat arces.

579 Uobis Ch 582 Ne Ch 585 ad n. letum Ch 587 hic
Marsus hinc **LFV** huic, corr. in his **O** 589 Stat **OV**
 596 motis Ch uictis **S** iunctis *uulgo prob.* *Blass* 598 plangor
Heinsius clangor **S** 603 tristis] his dictis *Heinsius* dictis
 uel dirus *Ruperti* — cum] tum **LFV** dum **O** 607 Caelicolas
 r. excitos *Gronov* 608 discurrere] descendere **V**

Ipse e Tarpeio sublimis uertice cuncta,
 Et uentos simul et nubes et grandinis iras 610
 Fulminaque et tonitrus et nimbos concitet atros.
 Concussi tremuere poli, caelumque tenebris
 Clauditur, et terras caeco nox condit amictu.
 Instat tempestas oculis, hostique propinquo
 Roma latet. iactae in turmas per nubila flammae 615
 Stridorem seruant, membrisque insibilat ignis.
 Hinc Notus, hinc Boreas, hinc fuscis Africus alis
 Bella mouent, quantis animos et pectora possint
 Irati satiare Iouis. fluit agmen aquarum,
 Turbine confusum piceo et nigrante procella, 620
 Atque omnis circa campos spumantibus undis
 Inuoluit. celsus summo de culmine montis
 Regnator superum sublata fulmina dextra
 Librauit clipeoque ducis, non cedere certi,
 Incussit. summa liquefacta est cuspis in hasta, 625
 Et fluxit, ceu correptus fornacibus, ensis.

Ambustis sed enim ductor Sidonius armis
 Sistebat socios et caecum e nubibus ignem
 Murmuraque a uentis misceri uana docebat.
 Tandem post clades socium caelique ruinam, 630
 Non hoste in nimbis uiso, non ense, referri
 Signa iubet castris maestasque resuscitat iras:
 'Uentis debebis nimirum hiemisque procellis
 Unum, Roma, diem. sed non te crastina nobis
 Lux umquam eripiet; descendat Iupiter ipse 635
 In terras licet.' Infrendens dum talia fatur,
 Ecce serenato clarum iubar emicat axe,
 Purgatusque nitet discussis nubibus aether.
 Aeneadae sensere deum telisque repostis

609 cuncta] iuncta *Heinsius* nutu *Lefebure* iunctim uel
 cunctos *Withof* 611 concitet (*t suprascr.*) **V** 612 tenuere **O**
 616 membrisque **Ch** 619 ruit *Heinsius* 623 fulmine **L**
 626 fulxit **L** 631 ense **V** hoste **LFO** urbe *Blass* 633 Uentis]
 nimbis *Withof* 636 infrendens] miscendus **O** 637 serenatus **F**
 — asse **L**

Summissas tendunt alta ad Capitolia dextras 640
 Et festa cingunt montis penetralia lauro.

Tum uultus, modo non paruo sudore madentis,
 Nunc laetos Iouis aspectant: 'Da, summe deorum,
 Da, pater, ut sacro Libys inter proelia telo
 Concidat. haud alia potis est occumbere dextra.' 645

Sic adeo orantes pressere silentia, postquam
 Abstulerat terras nigrantibus Hesperus umbris.
 Quem simul attollens rutilantem lampada Titan
 Obruit, et uitae rediit mortalibus usus,
 Poenus adest, nec se castris Oenotria pubes 650
 Continet. haud dum enses stricti, mediumque iacebat
 Tantum ad bella loci, quantum tramittere iactae
 Sufficerent hastae, cum fulgor hebescere caeli
 Per subitum coepit, densaeque subire tenebrae,
 Atque dies fugere, atque armari ad proelia rursus 655
 Iupiter. incumbunt uenti, crassusque rotante
 Austro nimborum feruet globus. intonat ipse,
 Quod tremat et Rhodope Taurusque et Pindus et Atlas.
 Audiueri lacus Erebi, mersusque profundis
 Agnouit tenebris caelestia bella Typhoeus. 660
 Inuadit Notus ac, piceam cum grandine multa
 Intorquens nubem, cunctantem et uana minantem
 Circumagit castrisque ducem succedere cogit.

Uerum ubi depositis saepsit sese aggere telis,
 Laeta serenati facies aperitur Olympi, 665
 Nullaque tam mitem credas habuisse Tonantem
 Fulmina, nec placido commota tonitrua caelo.
 Durat et affirmans non ultra spondet in ipsos
 Uenturam hanc aethra rabiem, modo patria uirtus

643 exspectant **O** 650 claustris *Burmann* 651 mediique
Heinsius — patebat *Gronov* 654 Per sudum *Schrader*
 655 fulgere **L** 658 Quo **V** 659 erebi **V** crebri **LO**
crebi F 666 iam *Nicander aliique* 668 offirmans *Liuiueius*
et Heinsius 669 U. hanc aethra rabiem *scr. cum Heinsio*
U. crebra diem ch U. crebraque diem *Modius teste Dausqueio*
(T. p. 204 et 211) U. crebro diem **LF** U. crebroque diem **OV**

In dextras redeat, nec Romam excindere Poeni 670
 Credant esse nefas. ubi nam tunc fulmina tandem
 Inuicti latuisse Iouis, cum sterneret ensis
 Aetolos campos? ubi, cum Tyrrhena natarent
 Stagna crux uirum? 'pugnat pro moenibus,' inquit,
 'Si rector superum tot iactis fulmine telis, 675
 Inter tot motus cur me contra arma ferentem
 Affixisse piget? uentis hiemique fugaces
 Terga damus? remeet, quaeso, mens illa uigorque,
 Qua uobis, cum pacta patrum, cum foedera adessent,
 Integrare acies placitum.' Sic pectora flammat, 680
 Donec equum Titan spumantia frena resoluat.
 Nec nox composuit curas, somnusue frementem
 Ausus adire uirum, et redeunt cum luce furores.
 Rursus in arma uocat trepidos clipeoque tremendum
 Increpat atque armis imitatur murmura caeli. 685

Ut uero accepit tantum confidere diuis
 Ausonios patres, summissaque Baetis ad oras
 Auxilia, et noctu progressum moenibus agmen:
 Sic agitare fremens obcessos otia, tamque
 Securam Hannibalis Romam, uiolentior instat. 690
 Iamque propinquabat muro, cum Jupiter aegram
 Iunonem alloquitur curis mulcetque monendo:
 'Nullane Sidonio iuueni, coniuxque sororque

Uentorum restare diem *Liuiueius* Uentorum e caelo rabiem
 uel Uenturam caelo rabiem *Dausqueius* U. caeli rabiem *Lefebure*,
quod prob. Ruperti in ipsos, U. retroque luem uel i.
 ipsos U., retro ire luem s. diem *Barth* U. hanc Erebo rabiem
Bothe U. retro cladem *Blass*; possis etiam conicere: U. hanc
 retro rabiem — uirtus **OV** iustas **L** iustus **F** et i. *marg. m. 2*
 uictas 672 Inuicti **OV** Inuiti **LF** Inuisi *Heinsius* Immitis
 nos — latuisse **Ch** iacuisse **LOV** lacuisse **F** 673 cum **OV**
 tum **LF** 675 culmine *Bothe* fulminis alis *Heinsius* — superum,
 cur tactis fulmine telis uel superum, tot tactis f. telis, Inter
 tot mortes *Burmann* 679 uobis **Ch** nobis **O** — obessent *Blass*
 681 resoluat **S** resoluit *uulgo* 685 armis] uenus **S** ac quatiens
(sc. clipeum) *Blass* atque sonans uel fremens nos 689 tamque
Heinsius namque **Ch** iamque **S**

Cara mihi, non ulla umquam sine fine feroci
 Addes frena uiro? fuerit delere Saguntum, 695
 Exaequare Alpes, imponere uincula sacro
 Eridano, foedare lacus. etiamne parabit
 Nostras ille domos, nostras perrumpere in arces?
 Siste uirum. namque, ut cernis, iam flagitat ignes
 Et parat accensis imitari fulmina flammis.' 700

His dictis grates agit ac turbata per auras
 Deuolat et prensa iuuenis Saturnia dextra:
 'Quo ruis, o uecors? maioraque bella capessis,
 Mortali quam ferre datum?' Iuno inquit et atram
 Dimouit nubem ueroque apparuit ore. 705
 'Non tibi cum Phrygio res Laurentiue colono;
 En, age — namque, oculis amota nube parumper,
 Cernere cuncta dabo — surgit qua celsus ad auras,
 Aspice, montis apex, uocitata Palatia regi
 Parrhasio plena tenet et resonante pharetra 710
 Intenditque arcum et pugnas meditatur Apollo.
 At, qua uicinis tollit se collibus altae
 Molis Auentinus, uiden', ut Latonia uirgo
 Accensas quatiat Phlegethontis gurgite taedas,
 Exertos auide pugnae nudata lacertos? 715
 Parte alia, cerne, ut saeuis Gradius in armis
 Implerit dictum proprio de nomine campum.
 Hinc Ianus mouet arma manu, mouet inde Quirinus,
 Quisque suo de colle deus. sed enim aspice, quantus
 Aegida commoueat nimbos flamasque uomentem 720
 Iupiter et quantis pascat ferus ignibus iras.
 Huc uultus flecte atque aude spectare Tonantem,
 Quas hiemes, quantos concusso uertice cernis
 Sub nutu tonitrus! oculis qui fulgurat ignis!

694 umquam] inquam *Liuineius* 703 maiorane *Ruperti*
 712 At qui **S** 713 uiden' **F** uidetis **L** uidens **OV** (*in V m. 2*
corr. in uidet) 715 auide, *ut coni.* *Dausqueius LOV* auidae **F**
 716 saeuus **F** 717 Impleret **S** 719 quantus **Ch** 720 flam-
 masque **V** flammisque **LF** flaminisque **O** — mouentem **OV**

- Cede deis tandem et Titania desine bella.' 725
 Sic affata uirum indocilem pacisque modique,
 Mirantem superum uultus et flammea membra,
 Abstrahit ac pacem terris caeloque reponit.
 Respectans abit et castris auulsa moueri
 Signa iubet ductor remeaturumque minatur. 730
 Redditur extemplo flagrantior aethere lampas,
 Et tremula infuso resplendent caerula Phoebo.
 At procul e muris uidere ut signa reuelli
 Aeneadae uersumque ducem, tacita ora uicissim
 Ostentant nutuque docent, quod credere magno 735
 Non audent haerente metu; nec abire uolentis,
 Sed fraudem insidiasque putant et Punica corda,
 Ac tacitae natis infigunt oscula matres:
 Donec procedens oculis sese abstulit agmen
 Suspectosque dolos dempto terrore resoluit. 740
 Tum uero passim sacra in Capitolia pergunt
 Inque uicem amplexi permixta uoce triumphum
 Tarpeii clamant Iouis ac delubra coronant.
 Iamque omnis pandunt portas; ruit undique laetum,
 Non sperata petens dudum sibi gaudia, uulgas. 745
 Hi spectant, quo fixa loco tentoria regis
 Astiterint; hi, qua celsus de sede uocatas
 Affatus fuerit turmas; ubi belliger Astur
 Atque ubi atrox Garamas saeuusque tetenderit Hammon.
 Corpora nunc uiua sparguntur gurgitis unda; 750
 Nunc Anienicolis statuunt altaria nymphis.
 Tum festam repetunt, lustratis moenibus, urbem.

726 affata **s** effata **uulgo** 735 nutuque **OV** metuque **L**
 uictumque **F** 736 uolentis **Ch** uolentes **O** 737 corda]
 coepa *Schrader* 738 Ac **OV** At **LF** 743 coronant **Cm**
Ep. 38 749 Hammon *Marsus aliique* Hannon **ChLFO** amon **V**

SILI ITALICI
PUNICORUM
LIBER TERTIUS DECIMUS.

Segne iter emenso uix dum Tarpeia uideri
 Culmina desierant, toruos cum uersus ad urbem
 Ductor Agenoreus uultus remeare parabat.
 Castra locat, nulla laedens ubi gramina ripa
 Tutia dederit tenuem sine nomine rium 5
 Et tacite Tuscis inglorius affluit undis.
 Hic modo primores socium, modo iussa deorum,
 Nunc sese increpitat: 'Dic o, cui Lydia caede
 Creuerunt stagna et concussa est Daunia tellus
 Armorum tonitru, quas exanimatus in oras 10
 Signa refers? qui mucro tuum, quae lancea tandem
 Intrauit pectus? si nunc existeret alma
 Carthago ante oculos, turrita celsa figura,
 Quas abitus, miles, causas, illaese, dedisses?
 "Imbres, o patria, et mixtos cum grandine nimbos 15
 Et tonitrus fugio." procul hanc expellite, gentes,
 Femineam, Tyriae, labem, nisi luce serena
 Nescire ac liquida Mauortem agitare sub aethra.'

Terror adhuc inerat superum ac redolentia in armis
 Fulmina et ante oculos irati pugna Tonantis. 20
 Parendi tamen et cuicumque incumbere iusso
 Durabat uigor, ac, sensim diffusus ad oras,
 Signa reportandi crescebat in agmine fero.
 Sic, ubi perrupit stagnantem calculus undam,

4 laedens] radens *Heinsius* lambens *Blass*, sed cf. *Verg.*
Aen. VII. 809 5 Tutia **LFV** Tucia **O** Turia **Cd** (*T. p.* 213
 et 214) 6 tacite **OV** tante **LF** 8 cui] tu **O** 14 abitus **F0**
 habitus **LV** 15 grandine **Cm** *Ep.* 38 16 gentes *Heinsius*
 gentis **S** genti *Drakenborch* 18 liquido **S** 22 diffusus **V**
 diffusus **LF** diffusus **O** — oras *Blass* (cf. u. 28) auris **S**

Exiguos format per prima uolumina gyros, 25
 Mox, tremulum uibrans motu gliscente liquorem,
 Multiplicat crebros sinuati gurgitis orbes:
 Donec postremo laxatis circulus oris
 Contingat geminas patulo curuamine ripas. 29

At contra Argyriæ prauum decus — inclita namque
 Semina ab Oenea ductoris stirpe trahebat
 Aetoli — Dasio fuit haud ignobile nomen —
 Laetus opum, sed clauda fides; seseque calenti
 Addiderat Poeno, Latiae diffisus habenæ —
 Is, uoluens ueterum memorata antiqua parentum: 35
 ‘Longo, miles,’ ait, ‘quateret cum Teueria bello
 Pergama, et ad muros staret sine sanguine Mauors,
 Sollicitis Calchas — nam sic fortissimus heros
 Poscenti socero saepe inter pocula Dauno
 Narrabat memori Diomedes condita mente — 40
 Sed Calchas Danais, nisi clausum ex sedibus arcis
 Armisonae current simulacrum auellere diuae,
 Non umquam affirmat Therapnaeis Ilion armis
 Cessurum, aut Ledae reditum nomen Amyclas.
 Quippe deis uisum, ne cui perrumpere detur, 45
 Effigies ea quas umquam possederit, urbes.
 Tum meus adiuncto monstratam euadit in arcem
 Tydides Ithaco et, dextra amolitus in ipso
 Custodes aditu templi, caeleste reportat
 Palladium ac nostris aperit mala Pergama fatis. 50

30 Argiripæ prouum (*errore typographico*) decus Ch 'ap. Drakenborchium Argyriæ prauum decus Ch ap. Burmanni Syll. III. ep. 387 (T. p. 209) — argyripa L agrippe FV agrippae O — paruum O proauum Bothe 31 Oenea Ch ap. Burm. l. l. O enea LV aenaea F 32 Aetoli Dasio Heinsius Etolidas id L Aetolidas id F Etholidas id OV Autolidas id Ch (T. p. 211) Oetolidas inter uulgo Aetolos inter Liuineius Oenidas inter Dausqueius 34 diffisus LO diffusus FV 41 e V 47 monstratam] sacratam Schrader — euadit S euasit uulgo 48 Titydes L Tidides F Thetides O Tytides V — amolitus Gronov et Heinsius molitus S 50 male ed. Rom. 2 probb. Heinsio aliisque

Nam postquam Oenotris fundauit finibus urbem,
 Aeger delicti, Phrygium placare colendo
 Numen et Iliacos parat exorare penatis.

Ingens iam templum celsa surgebat in arce,
 Laomedonteae sedes ingrata Mineruae:

55

Cum medios inter somnos altamque quietem

Nec celata deam et minitans Tritonia uirgo:

“Non haec, Tydide, tantae pro laudis honore

Digna paras, non Garganus nec Daunia tellus

Debentur nobis. quaere in Laurentibus aruis,

60

Qui nunc prima locant melioris moenia Troiae.

Huc uittas castumque refer penetrale parentum.”

Quis trepidus monitis Saturnia regna capessit.

Iam Phryx condebat Lauinia Pergama uictor

Armaque Laurenti figebat Troia luco.

65

Uerum ubi Tyrrheni peruentum ad fluminis undas

Castaque Tydides posuit fulgentia ripa,

Priamidae intremuere metu. tum, pignora pacis

Praetendens dextra ramum canentis oliuae,

Sic orsus Dauni gener inter murmura Teucerum:

70

“Pone, Anchisiade, memores irasque metusque;

Quicquid ad Idaeos Xanthum Simoentaque nobis

Sanguine sudatum Scaeaeque ad limina portae,

Haud nostrum est; egere dei duraeque sorores.

Nunc age, quod superest, cur non melioribus, aeui,

75

Ducimus auspiciis? dextras iungamus inermis.

Foederis, en, haec testis erit.” ueniamque precatus

Troianam ostentat trepidis de puppe Mineruam.

Haec ausos Celtas irrumpere moenia Romae

Corripuit leto neque tot de milibus unum

80

Ingentis populi patrias dimisit ad aras.’

. 51 Nam chs Sed uulgo, quod prob. Drakenborch 61 meliori
Heinsius 62 uittas castumque Cm Ep. 38 intras castumque LV
 intras castrumque FO 67 h. u. uncis inclusit *Heinsius*
 68 pignore Ch 71 Anchisiada *Heinsius* 72 simoentaque F
 simeonthaque L simeontaque OV 76 inermes Cm Ep. 62
 78 trepidus Ch 81 aras Ch

His fractus ductor conuelli signa maniplis
 Optato laetis abitu iubet. itur in agros,
 Diues ubi ante omnis colitur Feronia luco,
 Et sacer umectat Flauinia rura Capenas. 85
 Fama est intactas longaeui ab origine fani
 Creuisse, in medium congestis undique donis,
 Immensum per tempus opes, lustrisque relictum
 Innumeris aurum, solo seruante pauore.
 Hac auidas mentes ac barbara corda rapina 90
 Polluit atque armat contemptu pectora diuum.
 Auia tunc longinqua placent, quae sulcat aratro
 Ad freta porrectis Trinacia Bruttius aruis.
 Dum Libys haud laetus Regina ad litora tendit,
 Uictor, summoto patriis a finibus hoste, 95
 Fuluius infauustum Campana ad moenia clausis.
 Portabat famam miserisque extrema mouebat.
 Tum prensans passim, cuicunque est nomen in armis:
 'Dedecus hoc defende manu; cur perfida et urbi
 Altera Carthago nostrae post foedera rupta 100
 Et missum ad portas Poenum, post iura petita
 Consulis alterni stat adhuc? et turribus altis
 Hannibalem ac Libycas expectat lenta cohortis?'
 Miscebat dictis facta et nunc robore celsas
 Educi turris, quis uinceret ardua muri,
 Cogebat, nunc coniunctas astringere nodis 105
 Instabat ferroque trabes, quo frangeret altos
 Portarum postes quateretque morantia claustra.
 Hic latera intextus stellatis axibus agger,
 Hic grauida armato surgebat uinea dorso. 110
 At postquam properata satis, quae commonet usus,
 Dat signum atque alacer scalis transcendere muros

84 ante omnis] annoso uel antiquo *Heinsius* 85 humectat **LF**
 inuestat **OV** — Flauinia *Lat. Latinus* (*Bibl. prof. Romae 1677*)
 fluialia **S** floralia *Bothe* 86 fani **Cm** *Ep. 62* fauni **S** 90 Hac **Ch**
 Hanc **V** — ac] et **O** 94 laetus] lensus *Heinsius* — regina **S**
 98 Tum **V** Dum **LFO** 99 urbis **Ch** 101 Admissum hic p. **O**
 111 At **ChL** Ac **FOV** — commouet **OV**

Imperat ac saevis urbem terroribus implet:
Cum subito dextrum offulsit conatibus omen.

Cerua fuit, raro terris spectata colore, 115
Quae candore niuem, candore anteiret olores.
Hanc agreste Capys donum, cum moenia sulco
Signaret, grato paruae mollitus amore,
Nutrierat sensusque hominis donarat alendo.
Inde exuta feram docilisque accedere mensis 120
Atque ultiro blanda attactu gaudebat erili.
Aurato matres assuetae pectine mitem
Comere et umenti fluvio reuocare colorem.
Numen erat iam cerua loci; famulamque Dianaee
Credebant, ac tura deum de more dabantur. 125
Haec, aeui uitaeque tenax felixque senectam
Mille indefessos uiridem duxisse per annos,
Saeclorum numero Troianis condita tecta
Aequabat; sed iam longo nox uenerat aeuo.
Nam, subito incursu saeuorum agitata luporum, 130
Qui noctis tenebris urbem — miserabile bello
Prodigium — intrarant, primos ad luminis ortus
Extulerat sese portis pauidaque petebat
Consternata fuga positos ad moenia campos.
Exceptam laeto iuuenum certamine ductor 135
Mactat, diua, tibi — tibi enim haec gratissima sacra —
Fuluius atque: ‘adsis,’ orat, ‘Latonia, coeptis.’

Inde alacer fidensque dea circumdata clausis
Arma mouet, quaque obliquo curuantur in orbem
Moenia flexa sinu, spissa uallata corona 140
Alligat et telis in morem indaginis ambit.
Dum pauitant, spumantis equi fera corda fatigans,
Euehitur porta sublimis Taurea cristis

114 Tum *Dausqueius* — offulsit Ch effulsit S 115 terris]
Teucris *Heinsius* 129 iam S enim *uulgo* — nox LFV deest
in O mors *uulgo* nex *Bothe* 136 alterum tibi et haec
deerant in Col. teste *Heinsio* — Mactat, diua, tibi, tibi enim
hanc, gr. s. *Heinsius et Lefebure* 139 orbem] ore S 140 sinu]
situ *Gronov* 142 pauitans S — corda] colla uel terga *Schrader*

Bellator, cui Sidonius superare lacerto
 Ductor et Autololas dabat et Maurusia tela. 145
 Is trepido ac lituum tinnitu stare neganti
 Imperitat uolenter equo, postquam auribus hostis
 Uicinum sese uidet, et clamore propinquo:
 'Claudius huic,' inquit — praestabat Claudius arte
 Bellandi et merita mille inter proelia fama — 150
 'Huic,' inquit, 'solum, si qua est fiducia dextrae,
 Det sese campo atque ineat certamina mecum.'

Una mora Aeneadae, postquam uox attigit auris,
 Dum daret auspiciu*m* iusque in certamina ductor:
 Praeu&titum namque et capital, committere Martem 155
 Sponte uiris. erumpit ouans, ut Fuluius arma
 Imperio soluit, patulumque inuestus in aequor
 Erigit undantem glomerato puluere nubem.
 Indignatus opem ammenti socioque iuuare
 Expulsum nodo iaculum atque accersere uires 160
 Taurea uibrabat nudis conatibus hastam.
 Inde ruens ira telum contorquet in auras.
 At non idem animus Rutulo; speculatur et omni

144 superare] parere *Heinsius* superante *Markland* et
Schrader 144. 145 Sidonios — Robur *Withof* 145 dabat *Ch*
deest uocabulum in o 146 ac lituum *Cd* (*T. p. 215*) alitum *S*
 et lituum *Marsus* — Is trepido lituum tinnitu *Scaliger* Is stre-
 pitu ac lituum tinnitu *Burmann* 147 Imperitat scr. Im-
 peritans *S* — uolentor *OV*, unde uolentus *edd. nonnullae*
 148 et *Cd* (*T. p. 215*) *LFV* ac *O* huic *Heinsius* en *Lefebure* —
 uidet et] uidit *Blass seruata u. 147 lectione Imperitans; an scri-
 bendum: Imperitans — et clamare propinquum?* 149 huic *LV*
 hinc *F0* 151 Huic *V* Hinc *LFO* 153 attigit] accedit *Drakenborch*
 154 iusque *Liuineius* usque *Ce Em. I. 3 S* (*T. p. 188*)
 153. 154 Una mora Aeneadae usque in certamina ductor Dum
 daret auspiciu*m* usque in certamina ductor *Ce Em. I. 3*
 155 Praeu&titum *Cm Ep. 62 F* Prauehitur *LOV* — namque et
 capital *Cm l. l. LF n. et capita OV* (*T. p. 224*) 160 accer-
 sere *Cd* (*cf. ad I. 264*) 161 librabat *Schrader* 162 ruens]
 furens *Heinsius* amens uel errans *Blass* 163 At *V Ac LFO*
 — speculatur *Liuineius aliique spectatur S, unde spectatur, ut*
Gronov spectatur in o. C. perlustrans *Ruperti* speculatur in
 o. C., perlustrat *Lefebure*

Corpore perlustrat, qua sit certissima ferro 164
 In uulnus uia. nunc uibrat, nunc comprimit hastam
 Mentiturque minas; medium tunc transiit ictu
 Parmam, sed grato fraudata est sanguine cuspis.
 Tum strictum propere uagina detegit ensem.
 Et iam ferrata rapiebat calce uolantem
 Taurea cornipedem, fugiens minitantia fata. 170
 At Rutulus leuior cedentis prendere terga
 Iam profugo rapidus fusis instabat habenis.
 Utque metus uictum, sic ira et gloria portis
 Uictorem immisit meritique cupido cruoris.
 Ac dum uix oculis, uix credunt mentibus hostem 175
 Confisum nullo comitante irrumpere tectis,
 Per medium propere trepidantum interritus urbem
 Egit equum aduersaque euasit ad agmina porta.
 Hinc ardore pari nisuque incurrere muris
 Ignescunt animi penetrataque tecta subire. 180
 Tela simul flammaeque micant. tunc saxeus imber
 Ingruit, et summis ascendunt turribus hastae.
 Nec prouum audendi uirtutem excellere cuiquam;
 Aequarunt irae dextras. Dictaea per auras
 Tranat et in medium perlabitur urbis harundo. 185
 Laetatur non hortandi, non plura monendi
 Fuluius esse locum. rapiunt sibi quisque laborem.
 Quos ubi tam erectos animi uidet, et super esse

165 librat *Heinsius* 166 Metiturque *Bothe* — transiit *Ch*
(cf. Lachmann ad Lucr. III. 1042 et L. Müller d. r. m. p. 325)
 transit *LF* transfigit *OV* — Mentitusque *m.* — transit *Heinsius*
 167 fraudata] fundata *S* 168 deripit *Burmann*
(et sic cod. Tell.) 169 rapiebat] quatiebat *Heinsius* fodiebat
Drakenborch 171 At *Thilo* Nec *S* — cedentia *Heinsius* —
 prendre *Cm Ep. 62* prodere *LF* perdere *OV* 172 Iam *Burmann*
et Thilo Nam *S* 178 auersaque *Heinsius* 182 et
 missae succedunt t. h. *Markland Ep. crit. p. 42* — ascendunt]
 adduntur *Heinsius* accedunt uel funduntur *Drakenborch* desce-
 dent *Burmann* adstantum *Withof* 183 audenti *Ruperti c. cod.*
Put. — uirtutem *LFO* uirtute *V* audenti uirtutem extendere *Hein-*
sius audenti uirtutem ostendere *Burmann* 188 *Quam S* — erectos]
 certos *Schrader* — animum *OV* 188 super esse *scr. superesse S*

Fortunae sibi quemque ducem, ruit impete uasto
 Ad portam magnaequa optat discrimina famae. 190

Tres claustra aequaeuo seruabant corpore fratres,
 Quis delecta manus centeni cuique ferebant
 Excubias unaque locum statione tenebant.
 Forma ex his Numitor, cursu plantaue uolueri
 Praestabat Laurens, membrorum mole Taburnus. 195
 Sed non una uiris tela: hic mirabilis arcu,
 Ille hastam quatere ac medicatae cuspidis ictu
 Proelia moliri et nudo non credere ferro,
 Tertius aptabat flammis ac sulphure taedas.
 Qualis Atlantiaco memoratur litore quondam 200
 Monstrum Geryones immane tricorporis irae,
 Cui tres in pugna dextrae uaria arma gerebant.
 Una ignes saeuos, ast altera pone sagittas
 Fundebat, ualidam torquebat tertia cornum,
 Atque uno diuersa dabat tria uulnera nisu. 205
 Hos ubi non aequis uariantes proelia consul
 Conspergit telis et portae limina circum
 Stragem ac perfusos subeuntum sanguine postis,
 Concitat intortam furiatis uiribus hastam.
 Letum triste ferens auras secat Itala taxus 210
 Et, qua nudarat, dum fundit spicula ab alto,
 Arcum protendens, Numitor latus, ilia transit.
 At, non obsaepio contentus limine Martem
 Exercere, leuis bello, sed turbidus ausi,
 Uirrius incauto feroore eruperat amens 215
 Reclusa in campum porta miseramque furori

189 Fortunae *Marsus* Fortunam *s*, unde fortasse Factorum scribendum (cf. *Liv. XXII. 5. 7* sibi quisque dux adhortaque factus ad rem gerendam) Fortuitum *uel* super esse Fortunam *Barth* superasse Fortunam *Bothe* 190 optat] parat *Heinsius* 194 *uolucris ch* 195 *Taburnus Heinsius*
laburnus s 199 *armabat Burmann* 202 *pugnam Heinsius*
pugnas Lefebvre (cf. *VII. 67*) 208 *ac cd* (*T. p. 215*) *LF*
et ov 213, 214 *obsaepi* — *Exercere tenus ualli uel breui
 uallo uel leui bello Heinsius* 215 *intento o*

Uincentum obtulerat pubem. ruit obuia in arma
Scipio et oblatum metit insatiabilis agmen.

Tifata umbrifero generatum monte Calenum
Nutrierant, audere trucem; nec corpore magno 220
Mens erat inferior. subsidere saepe leonem,
Nudus inire caput pugnas, certare iuuenco
Atque obliqua trucis deducere cornua tauri
Assuerat crudoque aliqua se attollere facto.
Is, dum praecipites expellit Uirrius urbe, 225
Seu spreto, seu ne fieret mora, nudus in aequor
Thorace exierat leuiorque premebat anhelos
Pondere loricae et palantis uictor agebat.
Iamque Ueliternum media transegerat aluo,
Iam solitum aequali ludo committere equestris 230
Scipiadae pugnas Marium tellure reuulso
Perculerat saxo. miser implorabat amicum
Cum gemitu expirans, scopulusque premebat hiantem.
Sed, ualidas saeuo uires duplicante dolore,
Effudit lacrimas pariter cornumque sonantem 235
Scipio, solamen properans optabile in armis
Hostem prostrato morientem ostendere amico.
Tranauit, uolucris liquidas ceu scinderet auras,
Hasta uiri pectus ruptique immania membra.
Quanta est uis agili per caerula summa Liburnae, 240
Quae, pariter quotiens reuocatae ad pectora tonsae
Percussere fretum, uentis fugit ocior et se,
Quam longa est, uno remorum praeterit ictu.
Ascanium Uolesus, projectis ocius armis,
Quo leuior peteret muros, per aperta uolantem 245
Assequitur planta. deiectuni protinus ense

219 Sifata OV 221 subsidere] sibi subdere Barth
224 aliqua Ch obliqua F oblique LOV — facto ChF fato LOV
231 marium V macium LO matium F — repulso F 232 Per-
tulerat S 235 Effundit OV 238 uolucris liquidas S l. u.
uulgo — scinderet OV findere LF 240 Quantauis uis —
Liburnae est Bothe 241 tonsae] muse L 246 desectum
Heinsius

Ante pedes domini iacuit caput; ipse secutus
 Corruit ulterior procursus impete truncus.
 Nec spes obsessis ultra reserata tueri
 Moenia. conuertunt gressus recipique precantis 250
 Infandum! excludunt socios. tum cardine uerso
 Obnixi torquent obices, munimina sera.
 Acrius hoc instant Itali clausosque fatigant.
 Et, ni caeca sinu terras nox conderet atro,
 Perfractae rapido patuissent milite portae. 255

Sed non in requiem pariter cessere tenebrae.
 Hinc sopor impavidus, qualem uictoria mouit;
 At Capua, aut maestis ululantum flebile matrum
 Questibus, aut gemitu trepidantum exterrita patrum,
 Tormentis finem metamque laboribus orat. 260

Mussat perfidiae ductorque caputque senatus
 Uirrius, a Poeno nullam docet esse salutem,
 Uociferans, pulsis uiuendi e pectore curis:
 'Sperauit sceptra Ausoniae pepigique, sub armis
 Si dexter Poenis deus et Fortuna fuisse, 265
 Ut Capuam Iliaci migrarent regna Quirini;
 Qui quaterent muros Tarpeiaque moenia, misi;
 Nec mihi poscendi uigor afuit, alter ut aequos
 Portaret fasces nostro de nomine consul.
 Hactenus est uixisse satis; dum copia noctis, 270
 Cui cordi comes aeterna est Acherontis ad undam
 Libertas, petat ille meas mensasque dapesque;

247 latuit **OV** 250 precantes **Ch** petentis **LF** petentes **O**
 pecentis **V** 251 tum] qui *Ruperti* nam *nos* 252 sera **Ch S** serae
uulgo, *quod prob. Drakenborch* qui obicis legere uult — munimina ahena *Barth* munimina saeuia *Burmann* et *Ruperti* —
Obnixi intorquent obicis munimen aheneae *Heinsius* 255 rapido **s**
rabido uulgo 256 pariles *Heinsius* 257 mouit **Ch V**
nouit LFO fouit *Heinsius* 258 Aut **s** 261 Mutat *Bothe* —
Mussat perfidia, et d. *uel* ut d. *uel* *Mussat* perfidiae structorque
Heinsius 268 Nec — afuit — aequos *Cm Ep. 62* Hoc —
affuit s (*T. p. 238*) 270 Hactenus e. u. satis, dum c. noctis
alii distinguunt — noctis] mortis *uel* uoti est *Heinsius*

Et, uictus mentem fuso per membra Lyaeo
Sopitoque necis morsu, medicamina cladis
Hauriat ac placidis exarmet fata uenenis.' 275
Haec ait et turba repetit comitante penatis.

Aedibus in mediis consurgens ilice multa
Extruitur rogos, hospitium commune pereemptis.
Nec uulgum cessat furiare dolorque pauorque.
Nunc menti Decius serae redit, et bona uirtus 280
Exilio punita truci. despectat ab alto
Sacra Fides agitatque uirum fallacia corda.
Uox occulta subit, passim diffusa per auras;
'Foedera, mortales, ne saeuo rumpite ferro,
Sed castam seruate Fidem. fulgentibus ostro 285
Haec potior regnis. dubio qui frangere rerum
Gaudebit pacta ac tenuis spes linquit amici,
Non illi domus, aut coniux, aut uita manebit
Umquam expers luctus lacrimaeque. aget, aequore semper
Ac tellure premens, aget aegrum nocte dieque 290
Despecta ac uiolata Fides.' Adit omnia iamque
Concilia ac mensas contingit et, abdita nube,
Accumbitque toris epulaturque improba Erinys.
Ipsa etiam Stygio spumantia pocula tabo
Porrigit et large poenas letumque ministrat. 295
Uirrius interea, dum dat penetrare medullas
Exitio, ascenditque pyram atque amplexibus haeret
Iungentum fata et subici iubet ocius ignis.
Stringebant tenebrae metas, uictorque ruebat.
Iamque superstantem muro sociosque Milonem 300
Uoce attollentem pubes Campana uidebat.
Pandunt attoniti portas trepidoque capessunt

273	uinctus <i>Heinsius</i>	275	ac Cd (<i>T. p. 215</i>) et O
280	decius serae LF serae decius OV	281	Exitio <i>Schrader</i>
283	auras LF aures OV	284	rumpere L
287	at OV — linquit F	291	Dispecta S — omina L —
	namque Cd (<i>T. p. 215</i>)	292	continget OV
<i>Ep. 62</i>	297 ascendit <i>om.</i> que F	296	dat Cm
Iungentum tum OV — subici Ch	298 Iungentum Cm <i>l. l. LF</i>		

- Castra inimica gradu, quis leto auertere poenas
Defuerant animi. patet urbs, confessa furorem,
Et reserat Tyrio maculatas hospite sedes. 305
- Matronae puerique ruunt maestumque senatus
Concilium nullique hominum lacrimabile uulgus.
Stabant innixi pilis exercitus omnis
Spectabantque uiros, et laeta et tristia ferre
Indocilis, nunc propexis in pectora barbis 310
Uerrere humum, nunc foedantis in puluere crinem
Canentem et turpi lacrima precibusque pudendis
Femineum tenues ululatum fundere in auras.
- Atque ea dum miles miratur inertia facta
Expectatque ferox sternendi moenia signum, 315
Ecce repens tacito percurrit pectora sensu
Religio et saeuas componit numine mentis,
Ne flamمام taedasque uelint, ne templa sub uno
In cinerem traxisse rogo. subit intima corda,
Perlabens sensim, mitis deus. ille superbae 320
Fundamenta Capyn posuisse antiquitus urbi,
Non cuiquam uisus, passim monet; ille refusis
In spatium immensum campis habitanda relinqu
Utile tecta docet. paulatim atrocibus irae
Languescunt animis, et uis mollita senescit. 325
- Pan Ioue missus erat, seruari tecta uolente
Troia, pendenti similis Pan semper et imo
Uix ulla inscribens terrae uestigia cornu.
Dextera lasciuit caesa Tegeatide capra
Uerbera laeta mouens festo per compita coetu. 330
Cingit acuta comas et opacat tempora pinus,
Ac parua erumpunt rubicunda cornua fronte;

304 Defuerunt *Heinsius* 307 illacrimabile uel multisque
h. lacr. *Dausqueius* 310 nunc] ierat **OV** — propexis **V** pro-
pensis **L** propessis **F** propeis **O** 311 Uertere **OV** 319 traxisse
Cm Ep. 62 327 similis **V** simili **LFO** — imo **Ch uno S**
unco **Barth** 330 festo — coetu **scr. festa** — cauda **S**
festo — ludo *Heinsius* festo — cursu uel saltu *Ruperti* festa
— causa *Blass* 331 opacat **Cm Ep. 62** 332 fronde **S**

- Stant aures, imoque cadit barba hispida mento.
 Pastorale deo baculum, pellisque sinistrum
 Uelat grata latus tenerae de corpore dammae. 335
 Nulla in praeruptum tam prona et inhospita cautes,
 In qua non, librans corpus similisque uolanti,
 Cornipedem tulerit praecisa per auia plantam.
 Interdum inflexus medio nascentia tergo
 Respicit arridens hirtae ludibria caudae. 340
 Obtendensque manum solem inferuescere fronti
 Arcet et umbrato perlustrat pascua uisu.
 Hic, postquam mandata dei perfecta malamque
 Sedauit rabiem et permulsit corda furentum,
 Arcadiae uolucris saltus et amata reuisit 345
 Maenala; ubi, argutis longe de uertice sacro
 Dulce sonans calamis, dicit stabula omnia cantu.
 At legio Ausonidum, flamas ductore iubente
 Arceri portis stantisque relinquere muros,
 — Mite decus mentis — condunt ensesque facesque. 350
 Multa deum templis domibusque nitentibus auro
 Egeritur praeda, et uictus alimenta superbi,
 Quisque bonis perierte, uirum de corpore uestes
 Femineae, mensaeque alia tellure petitae,
 Poculaque Eoa luxum irritantia gemma. 355
 Nec modus argento, caelataque pondera facti
 Tantum epulis auri, tum passim corpora longo
 Ordine captiua, et domibus deprompta talenta,
 Pascere longinquum non deficientia bellum,
 Immensique greges famulæ ad conuiuia turbae. 360
 Fuluius, ut finem spoliandis aedibus, aere

333 imoque Cm l. l. imaque m. 2 in lacunam insertum et
 suprascr. simoque F (quod coni. Heinsius) sumoque L summo-
 que OV (T. p. 233) 335 grata] rapta Heinsius Graia Bothe
 — damnae LF damne V dampne O 337 In quam Lefebure
 344 permulsit Cm l. l. 346 longe] Tegeae Heinsius 347 sonans
 Heinsius et Bentley sonant S sonat uulgo 355 Pocula om.
 que OV — oea S — luxum] lucem Blass 360 gregis Nicander
 aliique — conuiuia L comunia FO cōia V

Belligero reuocante, dedit, sublimis ab alto
 Suggestu, magnis fautor non futilis ausis:
 'Lanuuio generate,' inquit, 'quem Sospita Iuno
 Dat nobis, Milo, Gradiui cape uictor honorem, 365
 Tempora murali cinctus turrita corona.'
 Tum sontes procerum meritosque piacula prima
 Acciet et iusta punit commissa securi.

Hic atrox uirtus — nec enim occuluisse probarim
 Spectatum uel in hoste decus — clamore feroci 370
 Taurea: 'Tune,' inquit, 'ferro spoliabis inultus
 Te maiorem anima? et iusso lictore recisa
 Ignauos cadet ante pedes fortissima ceruix?
 Haud umquam hoc uobis dederit deus.' Inde, minaci
 Obtutu toruum contra et furiale renidens, 375
 Bellatorem alacer per pectora transigit ensem.
 Cui ductor: 'Patriam moriens comitare cadentem.
 Qui nobis animus, quae dextera cuique uiritim,
 Decernet Mauors. tibi, si rebare pudendum
 Iusta pati, licuit pugnanti occumbere letum.' 380

Dum Capua infaustam luit haud sine sanguine culpam,
 Interea geminos terra crudelis Hibera
 Fortuna abstulerat, permiscens tristia laetis,
 Scipiadas, magnumque decus magnumque dolorem.
 Forte Dicarchea iuuenis dum sedit in urbe 385
 Scipio, post belli repetens extrema penatis,
 Huc tristis lacrimas et funera acerba suorum

363 fautor] anctor *Scaliger aliique* 364 Lanuuio **Ch** et **F**
m. 2 (T. p. 233) Ianuino **L** Lauino **O** Lauinno **V** — hospita **S**
 366 cinctus **Cm** *Ep. 62* 368 Acciet **S** Acciit *uulgo* — iusta]
 infra **S** stricta *Blass* 369 uirtus] uisu *Bentley* — probarim *Cm*
Ep. 62 precarim **Ch** (*T. p. 211*) precarum **LO** procarum **V** prae-
 clarum **F** *ex corr. (T. p. 234)* probatum *uulgo* probatur *Mark-*
land 371 tune *Cm l. l. LF* tunc **OV** — spoliabis] uiolabis
Bentley 372 anima *scr. animam S* — iusso] uiso **OV** 374 nobis
Cm l. l. nobis **V** 376 transfigit **OV** 378 cuique *Gronov et*
Heinsius quidue **S** quidue *uiri sim Withof* quaeue *uiritim uel*
 quidue *uirlis Ruperti* 379 Decreuit *Blass* 381 infaustum **OV**
 385 dum sedit] consedit *Marsus aliique* tum sedit *Heinsius*

Fama tulit. duris quamquam non cedere suetus,
Pulsato lacerat uolenter pectore amictus.
Non comites tenuisse ualent, non ullus honorum 390
Militiaeue pudor. pietas irata sinistris
Caelicolis furit atque odit solatia luctus.
Iamque dies iterumque dies absumpta querelis.
Uersatur species ante ora oculosque parentum.
Ergo excire parat manis animasque suorum 395
Alloquioque uirum tantos mulcere dolores.
Hortatur uicina palus, ubi signat Auerni
Squalentem introitum stagnans Acherusius humor.
Noscere uenturos agitat mens protinus annos.
Sic ad Cymaeam, quae tum sub nomine Phoebi 400
Autonoe tripodas sacros antrumque tenebat,
Fert gressus iuuenis consultaque pectoris aegri
Pandit et aspectus orat contingere patrum.
Nec cunctata diu uates: 'Mactare repostis
Mos umbris,' inquit, 'consueta piacula nigras 405
Sub lucem pecudes reclusaeque abdere terrae
Manantem iugulis spirantum caede cruorem.
Tunc populos tibi regna suos pallentia mittent.
Cetera, quae poscis, maiori uate canentur.
Namque tibi Elysio repetita oracula campo 410
Eliciam ueterisque dabo inter sacra Sibyllae
Cernere fatidicam Phoebei pectoris umbram.
Uade, age et, a medio cum se nox humida cursu
Flexerit, ad fauces uicini castus Auerni
Duc praedicta sacris duro placamina Diti. 415
Mella simul tecum et puri fer dona Lyaei.
Hoc alacer monitu et promissae nomine uatis,
Apparat occulto monstrata piacula coepto.

389 Pulsata **S** 399 *h. u.* *Bothe post u.* 396 *poni uult*
 400 Sed **O** — Cymaeam **ChL** crimeam **F** crineam **OV** — numine
Heinsius 401 Autone **LOV** Actonite **F** 404 cunctata]
 cunctam **S** 405 Mos **Ch** 406 Sub] Sed **S** — addere **LFO**
 adere **V** 413 humida] uiuida **L**

Inde, ubi nox iussam procedens contigit horam,
 Et spatia aequarunt tenebras transacta futuras, 420
 Consurgit stratis pergitque ad turbida portae
 Ostia Tartareae; penitus quis abdita uates
 Promissa implerat Stygioque sedebat in antro.
 Tum, qua se primum erupta tellure recludit
 Inuisus caelo specus atque eructat acerbam 425
 Cocytii laxo suspirans ore paludem,
 Inducit iuuenem ferroque cauare refossam
 Ocius urget humum atque, arcanum murmur anhelans,
 Ordine mactari pecudes iubet. ater operto
 Ante omnis taurus regi, tum proxima diuae 430
 Caeditur Hennaeae casta ceruice iuuenga.
 Inde tibi, Allecto, tibi, numquam laeta Megaera,
 Corpora lanigerum procumbunt lecta bidentum.
 Fundunt mella super Bacchique et lactis honorem.
 'Sta, iuuenis, faciemque, Erebo quae surgit ab omni,'
 Exclamat uates, 'patere. accendentia cerno 436
 Tartara et ante oculos assistere tertia regna.
 Ecce ruunt uariae species, et quicquid ab imo
 Natum hominum extinctumque chao est' — iam cuncta
 uidebat,
 Cyclopas Scyllamque et pastos membra uirorum 440
 Odrysiae telluris equos — 'contende tueri
 Eductumque tene uagina interritus ensem.
 Quaecumque ante animae tendent potare cruorem,
 Dissice, dum castae procedat imago Sibyllae.
 Interea cerne, ut gressus inhumata citatos 445
 Fert umbra et properat tecum coniungere dicta;
 Cui datur ante atros absumpti corporis ignes,

422 addita **LF** adita **OV** (*cf. u. 406*) 425 Inuisus **ChS**
 Inuisum *uulgo* 429 acer **OV** — operto **F0** aperto **LV**
 430 dum **S** 431 Hennaeae **Ch** ethnee **L** aethnaeae **F** hennae-
 aeque **O** hennee **V** 434 *h. u. Lefebure post u.* 431 *poni uult*
 435 *Sta, ut coni. D. Heinsius FOV (in V m. 2 corr. in Stat)*
Stat L 439 *uidebis Ruperti* — nam c. uolebam *Bothe*
 444 *Dissice Ch Discite O* — precedat **S** 445 *inhumacia L*
inhumanitia F inhumana OV 446 *Fert OV Est LF*

Sanguine non tacto, solitas effundere uoces.
 Aspicit et subito turbatus Scipio uisu;
 'Quinam te, qui casus,' ait, 'dux maxime, fessae 450
 Eripuit patriae, cum talis horrida poscant
 Bella uiros? nec enim dextra concesserit ulli
 Appius, aut astu. decimum lux rettulit ortum,
 Ut te, cum Capua remearem, uulnera uidi
 Mulcentem, hoc uno maestum, quod adire nequires 455
 Saucius ad muros et Martis honore careres.'

Contra quae ductor: 'Fesso mihi proxima tandem
 Lux gratos Phaethontis equos auertit et atris
 Aeternum demisit aquis. sed lenta meorum,
 Dum uanos ritus cura et sollemnia uulgi 460
 Exequitur, cessat flammis imponere corpus,
 Ut portet tumulis per longum membra paternis.
 Quod te per nostri Martis precor aemula facta,
 Arce, quae putris artus medicamina seruant,
 Daque uago portas quamprimum Acherontis adire.' 465

Tunc iuuenis: 'Gens o ueteris pulcherrima Clausi,
 Haud ulla ante tuam, quamquam non parua fatigent,
 Curarum prior extiterit. namque ista per omnis
 Discrimen seruat populos uariatque iacentum
 Exequias tumuli et cinerum sententia discors. 470
 Tellure — ut perhibent, is mos antiquus — Hibera
 Exanima obscoenus consumit corpora uultur.
 Regia cum lucem posuerunt membra, probatum est
 Hyrcanis adhibere canes. Aegyptia tellus
 Claudit odorato post funus stantia saxo 475

450 quis F 459 dimisit cd (T. p. 215) 464 putres
Dausqueius et Heinsius patris Chs (cf. III. 643) patriis *uulgo*
Phariis Barth 466 Tum OV — Clausi *Marsus claudi LFO*
dandi V 467 tuam] mihi uel animum (*mutata distinctione*)
Heinsius tui hanc Withof 468. 469 nam iusta — seruant
Liuineius 471 *sic distinxit Withof Tellure* (ut perhibent) is
 m. a. Hibera *uulgo* 472 Exanima FV Examina LO 474 Hyrcan-
 nus O Hyrcanas V 475 odorato — saxo Bothe honorato — saxo
uel Condit odorato — succo Schrader odorato — taxo D. Hein-
sius od. gypso uel odorata — capsula Burmann

Corpora et a mensis exanguem haud separat umbram.
 Exhausto instituit Pontus uacuare cerebro
 Ora uirum et longum medicata reponit in aeuum.
 Quid, qui reclusa nudos Garamantes harena
 Infodiunt? quid, qui saeuo sepelire profundo 480
 Exanimos mandant Libycis Nasamones in oris?
 At Celtae uacui capitis circumdare gaudent
 Ossa, nefas, auro ac mensis ea pocula seruant.
 Cecropidae ob patriam Mauortis sorte peremptos
 Decreuere simul communibus urere flammis. 485
 At gente in Scythica suffixa cadauera truncis
 Lenta dies sepelit, putri liquefia tabo.'

Talia dum memorant, umbra ueniente Sibyllae,
 Autonoe: 'Finem hic,' inquit, 'sermonibus adde
 Alternis. haec, haec ueri secunda sacerdos; 490
 Cui tantum patuit rerum, quantum ipse negarit
 Plus nouisse deus. me iam comitante tuorum
 Tempus abire globo et pecudes imponere flammis.'

At grauida arcanis Cymes anus attigit ore
 Postquam sacrificum delibauitque cruorem, 495
 In decus egregiae uultus intenta iuuentae:
 'Aetherea fruerer cum luce, haud segniter,' inquit,
 'Cymaeo populis uox nostra sonabat in antro.
 Tum te permixtum saeclis rebusque futuris
 Aeneadum cecini. sed non sat digna mearum
 Cura tuis uocum. nec enim conquirere dicta,
 Aut seruare fuit proauis sollertia uestris.
 Uerum age, disce, puer, quando cognoscere cordi est,

477 Pontus] Poenus *uel* Parthus *Schrader* 478 medici-
 cata *Ch* *mecchata* *L* *mechiata* *m. 2 corr. in mercata* *F* *mer-*
cata *OV* 483 *ac*] *et OV* 486 *Ac S* 487 *tabe Heinsius*
 488 *ueniente*] *uehemente F*, *ut saepius* 491 *quanto Barth*
prob. Bothe 494 *Cymes*] *crynes L crines FOV* (*cf. VIII. 531*)
Cymeias Heinsius — *anus V auus LFO* 498 *Cymeo L*
Crinaea F Crineo OV 499 *Tum S Tunc uulgo* — *promissum*
Bothe 500 *cecini L cecum F tecum OV* 503 *quando V*
quo F0 *quoniam Ch quomodo L* (*cf. u. 519*)

Iam tua deque tuis pendentia Dardana fatis.
 Namque tibi cerno properatum oracula uitae 505
 Hinc petere et patrios uisu contingere manis.
 Armifero uictor patrem ulcisceris Hibero,
 Creditus ante annos Marti, ferroque resolues
 Gaudia Poenorū et missum laetabere bello
 Omen, Hiberiacis uicta Carthagine terris. 510
 Maius ad imperium posthac capiere, nec ante
 Iupiter absistet cura, quam cuncta fugarit
 In Libyam bella et uincendum duxerit ipse
 Sidonium tibi rectorem. pudet urbis iniquae, 514
 Quod post haec decus hoc patriaque domoque carebit.
 Sic uates gressumque lacus uertebat ad atros.

Tum iuuenis: 'Quaecumque datur sors durior aeui,
 Obnitemur,' ait, 'culpa modo pectora cessent.
 Sed, te oro, quando uitae tibi causa labores
 Humanos iuuisse fuit, siste, inclita uirgo, 520
 Paulisper gressum et nobis manisque silentum
 Enumera Stygiaeque aperi formidinis aulam.'

Annuit illa quidem, sed: 'Non optanda recludis
 Regna,' ait. 'hic tenebras habitant uolitantque per umbras
 Innumeri quondam populi. domus omnibus una. 525
 In medio uastum late se tendit inane;
 Huc, quicquid terrae, quicquid freta et igneus aer
 Nutriuit primo mundi genitalis ab aeuo,
 — Mors communis agit — descendunt cuncta; capitque
 Campus iners, quantum interiit restatque futurum. 530
 Cingunt regna decem portae: quarum una receptat
 Belligeros, dura Gradiui sorte creatos.
 Altera, qui legis posuere atque inclita iura

505 cerno OV terno LF — properandum *Scaliger* propositum
Bentley 507 Armiferi — Hiberi Bothe 508 martem S
 511 posthac ChLF post haec OV — rapiere *Heinsius* 515 post
 hoc decus p. 0 517 Dum Ch Cum *Heinsius* 519 quando V
 quomodo LFO (*T. p. 242*) 523 Adnuit F Adimit L Adiuuit O
 Audiit V m. 2 in lacunam insert. 527 aer S aether uulgo
 532 dura] cruda *Heinsius* — crematos *Lefebure* necatos *Ruperti*

- Gentibus et primas fundarunt moenibus urbes.
 Tertia ruricolas, Cereris iustissima turba 535
 Quae uenit ad manis et fraudum illaesa ueneno.
 Exin, qui laetas artis uitaeque colendae
 Inuenere uiam nec deditanda parenti
 Carmina fuderunt Phoebo, sua limina seruant.
 Proxima, quos uenti saeuaeque hausere procellae, 540
 Naufraga porta rapit; sic illam nomine dicunt.
 Finitima huic noxa grauido et peccasse fatenti
 Uasta patet populo. poenas Rhadamanthus in ipso
 Expedit introitu mortemque exercet inanem.
 Septima femineis reseratur porta cateruis, 545
 Umentis ubi casta fouet Proserpina lucos.
 Infantum hinc gregibus uersasque ad funera taedas
 Passis uirginibus turbaeque in limine lucis
 Est iter extinctae, et uagitu ianua nota.
 Tum, seducta loco et laxata lucida nocte,
 Claustra nitent, quae secreti per limitis umbram 550
 Elysios ducunt campos; hic turba piorum,
 Nec Stygio in regno, caeli nec posta sub axe;
 Uerum, ultra Oceanum sacro contermina fonti,
 Lethaeos potat latices, obliuia mentis.
 Extrema hinc, auro fulgens, iam lucis honorem
 Sentit et admoto splendet ceu sidere lunae.
 Hac animae caelum repetunt ac mille peractis,
 Oblitae Ditem, redeunt in corpora lustris.
 Hac passim nigrum pandens Mors lurida rictum 560
 Itque redditque uias et portis omnibus errat.
 Tum iacet in spatium sine corpore pigra uorago

535 certissima F 539 limina FV lumina LO — seruent OV
 541 capit Buchwald 542 hinc OV 546 Umentes Ch —
 Uuentis ubi V Uuentis tibi O Humentibus L Umentibus F —
 Luentes Barth Uentes Heinsius Liuentes uulgo, quod prob.
 Ruperti 554 contermina Cm Ep. 78 LF coteamina (sed r
 supra a scr.) V certamina O (T. p. 243) 555 latices OV laties
 (sed c suprascr.) F lacies L 557 Sentis L 560 Hac Ch
 Has S

Limosique lacus; large exundantibus urit
 Ripas saeuus aquis Phlegethon et, turbine anhelo
 Flammarum resonans, saxosa incendia torquet. 565
 Parte alia torrens Cocytos sanguinis atri
 Uerticibus furit et spumanti gurgite fertur.
 At, magnis semper diuis regique deorum
 Iurari dignata palus, picis horrida riuo,
 Fumiferum uoluit Styx inter sulphura limum. 570
 Tristior his Acheron sanie crassoque ueneno
 Aestuat et, gelidam eructans cum murmure harenam,
 Descendit nigra lentus per stagna palude.
 Hanc potat saniem non uno Cerberus ore.
 Haec et Tisiphones sunt pocula, et atra Megaera 575
 Hanc sitit, ac nullo rabies restinguitur haustu.
 Ultimus erumpit lacrimarum fontibus amnis
 Ante aulam atque aditus et inexorable limen.
 Quanta cohors, omni stabulante per atria monstro,
 Excubat et manis permixto murmure terret! 580
 Luctus edax Maciesque, malis comes addita morbis,
 Et Maeror pastus Fletu et sine sanguine Pallor
 Curaeque Insidiaequa atque hinc queribunda Senectus,
 Hinc angens utraque manu sua guttura Liuor
 Et, deforme malum ac sceleri procliuis, Egestas 585
 Errorque infido gressu et Discordia gaudens
 Permisceré fretum caelo; sedet ostia Ditis
 Centenis suetus Briareus recludere palmis
 Et Sphinx, uirgineos rictus infecta cruento,
 Scyllaque Centaurique truces umbraeque Gigantum. 590
 Cerberus hic ruptis peragrat cum Tartara uinclis,

563 large et exundantibus **Lov** large ex exund. **F** late
 exund. **ulgo** 568 At **ov** Ac **LF** 569 picis] piu **L**
 572 calidam *Schrader* 573 pigra *Schrader* 574 potat *Cm*
Ep. 78 576 Hanc *Blass* Hinc *Cm l. l. S* — restinguitur *Cm*
l. l. LF extinguitur **ov** 579 Quanta *Ch* — atria *Ch S* auia
ulgo 583 senecte **L** 585 ac *delendum censem* *Heyne ad*
Verg. Ae. VI. 276 587 sedet, *ut coni. Liuineius LF* sed et **ov**
 588 suetus] ausus *Schrader* 590 *Cyllaque L*

Non ipsa Allecto, non feta furore Megaera
 Audet adire ferum, dum fractis mille catenis
 Uiperea latrans circumligat ilia cauda.

Dextra uasta comas nemorosaque brachia fundit 595
 Taxus, Cocyti rigua frondosior unda.

Hic dirae uolucres pastusque cadasuere uultur
 Et multus bubo ac sparsis strix sanguine pennis
 Harpyiaeque fouent nidos atque omnibus haerent
 Condensae foliis; saeuit stridoribus arbor. 600

Has inter formas coniux Iunonis Auernae,
 Suggestu residens, cognoscit crimina regum.
 Stant iuncti, seroque piget sub iudice culpae;
 Circumerrant Furiae Poenarumque omnis imago.

Quam uellent numquam sceptris fulsisse superbis! 605
 Insultant duro imperio non digna nec aequa
 Ad superos passi manes; quaeque ante profari
 Non licitum uiuis, tandem permissa queruntur.

Tunc aliis saeuis religatur rupe catenis,
 Ast aliis subigit saxum contra ardua montis, 610
 Uipereo domat hunc aeterna Megaera flagello.

Talia letiferis restant patienda tyrannis. —

Sed te maternos tempus cognoscere uultus,
 Cuius prima uenit non tardis passibus umbra.²

Astabat fecunda Iouis Pomponia furto. 615

Namque ubi cognouit Latio surgentia bella
 Poenorū Uenus, insidias anteire laborans

Iunonis, fusa sensim per pectora patrem
 Implicuit flamma. quae ni prouisa fuissent,

Sidonia Iliacas nunc virgo accenderet aras. 620

Ergo ubi gustatus cruor, admonuitque Sibylla

592 nec feta V 593 tractis Schrader 595 numerosa-
 que *Heinsius* 600 arbor V ardor LFO 603 iuncti L —
 seraeque *Heinsius* 604 Poenarumque *Ruperti* poen. *uulgo*
 611 alterna *Heinsius* inferna Schrader 612 facienda OV
 613 cognosceret L 615 secunda L 617 laborant L
 618. 619 fusam — patri — flammam *Ruperti* 620 Sidonis
Heinsius — ascenderet arcus *Blass*

Et dedit altermos ambobus noscere uultus,
 Sic iuuenis prior: 'O magni mihi numinis instar,
 Cara parens, quam, te ut nobis uidisse liceret,
 Optassem Stygias uel leto intrare tenebras. 625
 Quae sors nostra fuit, cui te, cum prima subiret,
 Eripuit sine honore dies et funere carpsit?'
 Excipit his mater: 'Nulos, o nate, labores
 Mors habuit nostra; aetherio dum pondere partum
 Exsoluor, miti dextra Cylenia proles 630
 Imperio Iouis Elysias deduxit ad oras
 Attribuitque paris sedes, ubi magna moratur
 Alcidæ genetrix, ubi sacro munere Leda.
 Uerum age, nate, tuos ortus, ne bella pauescas
 Ulla, nec in caelum dubites te attollere factis, 635
 Quando aperire datur nobis, nunc denique disce.
 Sola die caperem medio cum forte petitos
 Ad requiem somnos, subitus mihi membra ligauit
 Amplexus, non ille, meo ueniente marito,
 Assuetus facilisque mihi; tum luce corusca, 640
 Implebat quamquam languentia lumina somnus,
 Uidi, crede, Iouem. nec me mutata fefellit
 Forma dei, quod, squalentem conuersus in anguem,
 Ingenti traxit curuata uolumina gyro.
 Sed mihi post partum non ultra ducere uitam 645
 Concessum. heu, quantum gemui, quod spiritus ante,
 Haec tibi quam noscenda darem, discessit in auras!'
 His alacer colla amplexu materna petebat;
 Umbraque ter frustra per inane petita fefellit.
 Succedunt simulacra uirum concordia, patris 650
 Unanimique simul patrui. ruit ipse per umbram,
 Oscula uana petens, iuuenis fumoque uolucri

625 intrasse F 627 carpsit] mersit Bentley, sed cf. V. 591
 629 partum Ch patrum F — partu Marsus aetherei-partus
Heinsius 630 Exsoluor Ch 631 in] ad O 635 ne OV —
 attollere S tollere uulgo 636 nobiscum denique Ch 640 co-
 ruscas Ch, unde coruscans *Heinsius* coruscum Lefebure
 641 somno S 646 gemui L gemini FO ge... V

Et nebulis similes animas apprendere certat.
 'Quis te, care pater, quo stabant Itala regna,
 Exosus Latium deus abstulit? hei mihi! nam cur 655
 Ulla fuere adeo, quibus a te saeuus abessem,
 Momenta? opposito mutassem pectore mortem.
 Quantos funeribus uestris gens Itala passim
 Dat gemitus! tumulus uobis, censente senatu,
 Mauortis geminus surgit per grama campo.' 660
 Nec passi plura, in medio sermone loquentis
 Sic adeo incipiunt. prior haec genitoris imago:
 'Ipsa quidem uirtus sibimet pulcherrima merces;
 Dulce tamen uenit ad manis, cum gloria uitae
 Durat apud superos, nec edunt obliuia laudem. 665
 Uerum age, fare, decus nostrum, te quanta fatiget
 Militia. heu, quotiens intrat mea pectora terror,
 Cum repeto, quam saeuus eas, ubi magna pericla
 Contingunt tibi! per nostri, fortissime, leti
 Obtestor causas, Martis moderare furori. 670
 Sat tibi sint documenta domus! octaua terebat
 Arentem culmis messem crepitantibus aestas,
 Ex quo cuncta mihi calcata meoque subibat
 Germano deuexa iugum Tartessia tellus.
 Nos miserae muros et tecta renata Sagunto, 675
 Nos dedimus Baetem nullo potare sub hoste;
 Nobis indomitus conuertit terque quaterque
 Germanus terga Hannibal. pro barbara numquam
 Impolluta fides! peterem cum uictor adesum
 Cladibus Hasdrubalem, subito uenale, cohortes 680
 Hispanae, uulgus, Libyci quas fecerat auri

654 quod stabant Ch 656 scaeuus uel laeuis *Bothe*
 659 uobis OV nobis LF 661 passim F — plures medio Ch,
 unde plura, et m. *Heinsius* 670 causa Ch, unde causam
Heinsius casus *Schrader* — sudore F 671 sint Ch sunt O
 674 lugum V lugam O — tartesia OV 676 baetem LO
 baetym F betem V 681 libici OV libya L libia F — auri S
 Libyco — auro uulgo Libyco quas ceperat auro *Schrader* et
Ruperti, qui et emerat coni. Libya (Libyum nos) qu. f. auro *Blass*

Hasdrubal, abrupto liquerunt agmine signa.
 Tunc hostis socio desertos milite, multum
 Ditior ipse uiris, spisso circumdedit orbe.
 Non segnis nobis nec inultis, nate, peracta est 685
 Illa suprema dies, et laude inclusimus aeum.'

Excipit inde suos frater coniungere casus:
 'Excelsae turris post ultima rebus in artis
 Subsidium optaram supremaque bella ciebam.
 Fumantis taedas ac lata incendia passim 690
 Et mille iniecere faces. nil nomine leti
 De superis queror. haud paruo data membra sepulcro
 Nostra cremauerunt in morte haerentibus armis.
 Sed me luctus habet, geminae ne clade ruinae
 Cesserit affusis oppressa Hispania Poenis.' 695

Contra quae iuuenis turbato fletibus ore:
 'Di, quaeso, ut merita est, dignas pro talibus ausis
 Carthago expendat poenas. sed continent acris
 Pyrenes populos, qui, uestro Marte probatus,
 Excepit fessos et notis Marcius armis 700
 Successit bello. fusos quoque fama ferebat
 Uictores acie, atque exacta piacula caedis.
 His laeti rediere duces loca amoena piorum,
 Prosequiturque oculis puer adueneratus euntis.

Iamque aderat multa uix agnoscendus in umbra 705
 Paulus et epoto fundebat sanguine uerba:
 'Lux Italum, cuius spectauit Martia facta,
 Multum uno maiora uiro, descendere nocti
 Atque habitanda semel subigit quis uisere regna?'
 Cui contra talis effundit Scipio uoces: 710
 'Armi potens ductor, quam sunt tua fata per urbem
 Lamentata diu! quam paene ruentia tecum
 Traxisti ad Stygias Oenotria tecta tenebras.

684 Ductor **F** 685 est *om. O* 686 et] at uel sed
Drakenborch — laudi iudulsimus *Heinsius* 700 marcius **V**
martius O maretius LF 702 caedis] ceptis **L** 708 nocti *Cm*
Ep. 78 nosci LF nosti OV 710 Cui *Cm l. l.* Qui **O** 713 tecta]
 regna *L. Müller d. r. m. p. 174*

- Tum tibi defuncto tumulum Sidonius hostis
Constituit laudemque tuo quaesiuit honore.' 715
Dumque audit lacrimans hostilia funera Paulus,
Ante oculos iam Flaminius, iam Gracchus et aegro
Absumptus Cannis stabat Seruilius ore.
Appellare uiros erat ardor et addere uerba,
Sed raptabat amor priscos cognoscere manis. 720
- Nunc meritum saeuia Brutum immortale securi
Nomen, nunc superos aequantem laude Camillum,
Nunc auro Curium non umquam cernit amicum.
Ora Sibylla docet uenientum et nomina pandit.
Hic fraudes pacis Pyrrhumque a limine portae 725
Reiecit, uisus orbus. tulit ille ruuentem
Thybridis in ripas regem solusque reuulso
Pone ferox ponte exclusit redeuntia regna.
'Si tibi dulce uirum, primo qui foedera bello
Phoenicum pepigit, uidisse: hic inclitus ille 730
Aequoreis uictor cum classe Lutatius armis.
Si studium et saeuam cognoscere Hamilcaris umbram:
Ille est — cerne procul — cui frons nec morte remissa
Irarum seruat rabiem. si iungere cordi est
Colloquium: sine, gustato det sanguine uocem.' 735
Atque ubi permissum, et sitiens se impleuit imago,
Sic prior increpitat non miti Scipio uultu:
'Taliane, o fraudum genitor, sunt foedera uobis?
Aut haec Sicania pepigisti captus in ora?
Bella tuus toto natus contra omnia pacta 740
Exercet Latio et, perruptis molibus, Alpis
Eluctatus adest, feruet gens Itala Marte

722 superos aequantem **OV** s. aequantum **LF** superis aequan-
tem *uulgo* superis aequatum *Marsus* superis aequandum *Hein-
sius* 725 *pirrumque* **OV** *pyryliumque* **LF** (*in F corr. in pre-
liumque T. p. 234*) — portat **S** 726 Reiecit *Withof* Deiecit **S**
730 *inclitus*] *medius* **O** 731 *uictor*] *uultor* **V** — *luctatius* **O**
732 *et*] *est* *Liuiueius* 733 *morte*] *mesta* **O** *meste* **V** 736 *se*
impleuit **F** *semimpleuit* **LOV** 737 *mitis* **S** 739 *Haud* *Heinsius*
sublata interrogationis nota 740 *toto*] *nostro* *Blass* 742 *Flucta-
tus* **S**, *sed in F corr. in Eluctatus*

Barbarico, et refluunt obstructi stragibus amnes.'
 Post quae Poenus ait: 'Decimum modo cooperat annum
 Excessisse puer, nostro cum bella Latinis 745
 Concepit iussu, licitum nec fallere diuos
 Iuratos patri. quod si Laurentia uastat
 Nunc igni regna et Phrygias res uertere tentat,
 O pietas, o sancta fides, o uera propago!
 Atque utinam amissum reparet decus!' Inde citato 750
 Celsus abit gressu, maiorque recessit imago.

Exin designat uates, qui iura sub armis
 Poscenti dederint populo primique petitas
 Miscuerint Italis Piraeo litore leges.
 Laetatur spectatque uirum insatiabilis ora 755
 Scipio et appellet cunctos, ni magna sacerdos
 Admoneat turbae innumerae: 'Quot milia toto
 Credis in orbe, puer, lustras dum singula uisu,
 Descendisse Erebo? nullo non tempore abundans
 Umbrarum huc agitur torrens, uectatque capaci 760
 Agmina mole Charon, nec sufficit improba puppis.'
 Post haec, ostendens iuuenem, sic uirgo profatur:
 'Hic ille est, tellure uagus qui uictor in omni
 Cursu signa tulit, cui peruia Bactra Dahaeque,
 Qui Gangen bibit et Pellaeo ponte Niphaten 765
 Astrinxit, cui stant sacro sua moenia Nilo.'
 Incipit Aeneades: 'Libyci certissima proles
 Hammonis, quando exuperat tua gloria cunctos
 Indubitata duces, similiue cupidine rerum
 Pectora nostra calent, quae te uia, fare, superbum 770

744 decimum L demum FOV, sed in F corr. in decimum
 750 utinam] utilem OV 755 spiratque S — uirum OV
 uicum LF 757 in numera S — quod S 759 herebo F
m. 2 crebro L credo OV 761 nec L. Müller d. r. m. p. 174
et S; fortasse uix scribendum cf. Petron. sat. 121, 117 762 iuuenem
Cm Ep. 78 iuueni S 762—771 hos uersus Modius Ep. 78 ex
Colon. citat 764 Cursu Cm S Cursim Modius — Dahaeque
Modius Dacaeque Cm dabeque LOV dabaeque F 765 Gangen
Cm LO Gangem FV — Peleaeo Cm pallaeo S 768 quando Cm S
quanto uulgo 770 fare Cm sure LF scire OV

Ad decus et summas laudum perduxerit arces.
 Ille sub haec: 'Turpis lenti sollertia Martis.
 Audendo bella expediās. pigra extulit artis
 Haud umquam sese uirtus. tu magna gerendi
 Praecipita tempus; mors atra impendet agenti.' 775
 Haec effatus abit. Croesi mox aduolat umbra,
 Diues apud superos; sed mors aequarāt egenis.

Atque hic, Elysio tendentem limite cernens
 Effigiem iuuensis, caste cui uitia ligabat
 Purpurea effusos per colla nitentia crines: 780
 'Dic,' ait, 'hic quinam, uirgo? nam luce refulget
 Praecipua frons sacra uiro, multaeque secuntur
 Mirantes animae et laeto clamore frequentant.
 Qui uultus! quam, si Stygia non esset in umbra,
 Dixisse facile esse deum!' 'Non falleris,' inquit 785
 Docta comes Triuiae, 'meruit deus esse uideri,
 Et fuit in tanto non paruum pectore numen.
 Carmine complexus terram, mare, sidera, manis
 Et cantu Musas et Phoebum aequauit honore. 789
 Atque haec cuncta, prius quam cerneret, ordine terris
 Prodidit ac uestram tulit usque ad sidera Troiam.'
 Scipio, perlustrans oculis laetantibus umbram:
 'Si nunc fata darent, ut Romula facta per orbem
 Hic caneret uates, quanto maiora futuros
 Facta eadem intrarent hoc,' inquit, 'teste nepotes! 795
 Felix Aeacide, cui tali contigit ore
 Gentibus ostendi! creuit tua carmine uirtus.'

Sed, quae tanta adeo grassantum turba, requirens,
 Heroum effigies maiorisque accipit umbras.

771 arces Cm artis S 773 artis Ch astris S actis Withof
 775 egenti S 779 caste LOV castae F — Eff. iuuensis casti
Liuineius aliique Eff. iuuensis castam *Heinsius* Eff. iuuensis, castae
Lefebure — uitia V uicta LFO 784 quam Ch S quem uulgo
 785 facile] facie *Heinsius* 789 honore] Homerus Schrader
 791 ac] et OV 796 aeacide LV eacięda (sed e suprascr.) F
 aeatide O Aeacida *Ruperti* 798 grassantum *Lefebure* gra-
 tantum S stridentum *Ruperti* 799 aspicit *Liuineius* et
Dausqueius

- Inuicto stupet Aeacide, stupet Hectore magno 800
 Aiacisque gradum uenerandaque Nestoris ora
 Miratur, geminos aspectat laetus Atridas
 Iamque Ithacum, corde aequantem Peleia facta.
 Uicturam hinc cernit Ledaei Castoris umbram,
 Alternam lucem peragebat in aethere Pollux. 805
 Sed subito uultus monstrata Lauinia traxit.
 Nam uirgo admonuit, tempus cognoscere manis
 Femineos, ne cunctantem lux alma uocaret.
 'Felix haec,' inquit, 'Ueneris nurus ordine longo
 Troiugenas iunxit sociata prole Latinis. 810
 Uis et Martigenae thalamos spectare Quirini?
 Hersiliam cerne; hirsutos cum sperneret olim
 Gens uicina procos, pastori rapta marito
 Intrauitque casae culmique e stramine fultum
 Pressit laeta torum et soceros reuocauit ab armis. 815
 Aspice Carmentis gressus. Euandria mater
 Haec fuit et uestros tetigit praesaga labores.
 Uis et, quos Tanaquil uultus gerat? haec quoque castae
 Augurio ualuit mentis uenturaque dixit
 Regna uiro et dextros agnouit in alite diuos. 820
 Ecce pudicitiae Latium decus, inclita leti
 Fert frontem atque oculos terrae Lucretia fixos.
 Non datur, heu tibi, Roma, nec est, quod malle deceret,
 Hanc laudem retinere diu. Uerginia iuxta,

800 Inuicto *Thilo* Ire uiro **s** In toruo uel In primo *Heinsius* Hinc uiso uel In Pthio uel In dirò uel Inde fero *Burmann*
 Inque uno *Liuiueius* Iam claro uel Inde truci uel acri uel alto
Withof Iamque fero *Schrader* Ecce uiro *Lefebure Irato Hoeufft*
in Peric. poët. ed. 1783 In saeuo *Peerlkamp* (*Aen. II. p. 263 b*)
 Inque uiro *Ernesti Immiti Ruperti* In rapido *Blass* 801 uene-
 randaque **V** uenerandoque **LF** ueneranda **O** 802 geminosque
Dausqueius geminos iam spectat *Heinsius* geminos et sp. *Liui-*
neius — aspectans *uulgo* 809 nurus **V** mirus **LFO** 814 In-
 trauitque **Ch** **LF** Lustrauitque **OV**, unde *L.* casam *uulgo* In-
 strauitque casae *Marsus* — e stramine **V** extramine **LFO** —
 fluctum **O** fulcrum **V** 817 nostros **S** — cecinit *Drakenborch*
 — praesago **S** 824 Uerginia **Ch** **S** Uirginia *uulgo*

Cerne, cruentato uulnus sub pectore seruat, 825
 Tristia defensi ferro monumenta pudoris,
 Et patriam laudat miserando in uulnere dextram.
 Illa est, quae Thybrim, quae fregit Lydia bella,
 Nondum passa marem, qualis optabat habere
 Quondam Roma uiros, contemptrix Cloelia sexus' — 830
 Cum, subito aspectu turbatus, Scipio poscit,
 Quae poenae causa, et qui sint in crimine manes.
 Tum uirgo: 'Patrios fregit quae curribus artus
 Et stetit adductis super ora trementia frenis,
 Tullia, non ullos satis exhaustura labores, 835
 Ardentि Phlegethone natat. fornacibus atris
 Fons rapidus furit atque uistas sub gurgite cautes
 Egerit et scopulis pulsat flagrantibus ora.
 Illa autem, quae tondetur praecordia rostro
 Alitis — en quantum resonat plangentibus alis 840
 Armiger ad pastus rediens Iouis! — hostibus arcem
 Uirgo, immane nefas, adamato prodidit auro
 Tarpeia et pactis reserauit claustra Sabinis.
 Iuxta — nonne uidet? neque enim leuiora domantur
 Delicta — illatrat ieunis faucibus Orthrus, 845
 Armenti quondam custos immanis Hiberi,
 Et morsu petit et polluto euiscerat ungue.
 Nec par poena tamen sceleri; sacraria Uestae
 Polluit, exuta sibi uirginitate, sacerdos.
 Sed satis haec uidisse, satis.'

Mox deinde: 'Uidenti 850

Nunc animas tibi, quae potant obliuia, paucas
 In fine enumerasse paro, et remeare tenebris.

828 spreuit *Blass* — *bella] tela Schrader* 829 parem **OV**
 — optabit *Bentley et L. Müller d. r. m. p. 174* 830 cloelia **L**
deest in F clodia **O** doelia **V** 833 curribus **F0** turribus **LV**
 838 Ingerit *Bothe* — ora] auras uel astra *Schrader* 841 arem **O**
 artem **LFV** 845 Orthrus *Ch orthus F* 847 pollutam *Lefebure*
polluctam Bothe 848 sceleri] sideri **F** 850 uidentem
LOV iubentem **F** — *sic distinxit Withof* mox deinde
uidenti vulgo 852 enumerasse *Ch*

Hic Marius — nec multa dies iam restat ituro
 Aetheriam in lucem — ueniet tibi origine parua
 In longum imperium consul, nec Sulla morari 855
 Iussa potest, aut amne diu potare soporo.
 Lux uocat et nulli diuum mutabile fatum.
 Imperium hic primus rapiet, sed gloria culpae,
 Quod reddet solus: nec tanto in nomine quisquam
 Existet, Sullae qui se uelit esse secundum. 860
 Ille, hirta cui subrigitur coma fronte, decorum
 Et gratum terris Magnus caput; ille deum gens,
 Stelligerum attollens apicem, Troianus Iulo
 Caesar auo; quantas moles, cum sede reclusa 864
 Hinc tandem erumpent, terraque marique mouebunt!
 Heu miseri, quotiens toto pugnabis orbe!
 Nec leuiora lues, quam uictus, crimina uictor.'

Tum iuuenis lacrimans: 'Restare haec ordine duro
 Lamentor rebus Latiis. sed luce remota
 Si nulla est uenia, et merito mors ipsa laborat: 870
 Perfidiae Poenus quibus aut Phlegethontis in undis
 Exuret ductor scelus, aut quae digna renatos
 Ales in aeternum laniabit morsibus artus?'
 'Ne metue,' exclamat uates. 'non uita sequetur
 Inuiolata uirum: patria non ossa quiescent. 875
 Namque ubi, fractus opum, magnae certamine pugnae
 Pertulerit uinci turpemque orare salutem,
 Rursus bella uolet Macetum instaurare sub armis.
 Damnatusque doli, desertis coniuge fida
 Et dulci nato, linquet Carthaginis arces 880
 Atque una profugus lustrabit caerula puppe.
 Hinc Cilicis Tauri saxosa cacumina uiset.
 Pro! quanto leuius mortalibus aegra subire

854 ueniens ab *Heinsius* 855 sulla **L** sillae **F0** syllva **V**
 860 syllae **LV** sillae **F0** 865 Hinc *Blass* Hanc **Ch** Hac **S**
 866 pugnabis **Ch** pugnabit in **LF** pugnabitur **OV** 868 dura
Heinsius et Ruperti 875 quiescent **OV** quiessent **LF**
 878 Macetum **Ch** macerum **L** — lacerare **L**

Seruitia atque hiemes aestusque fugamque fretumque
 Atque famem, quam posse mori! post Itala bella 885
 Assyrio famulus regi falsusque cupiti
 Ausoniae motus, dubio petet aequora uelo,
 Donec, Prusiacas delatus segniter oras,
 Altera seruitia imbelli patietur in aeuo
 Et latebram munus regni. perstantibus inde 890
 Aeneadis reddique sibi poscentibus hostem,
 Pocula furtiuo rapiet properata ueneno
 Ac tandem terras longa formidine soluet.
 Haec uates Erebique cauis se reddidit umbris.
 Tum laetus socios iuuenis portumque reuisit. 895

SILI ITALICI
 P U N I C O R U M
 LIBER QUARTUS DECIMUS.

Flectite nunc uestros, Heliconis numina, cantus
 Ortygiae pelagus Siculique ad litoris urbes.
 Muneris hic uestri labor est, modo Daunia regna
 Aeneadum, modo Sicanios accedere portus,
 Aut Macetum lustrare domos et Achaica rura, 5
 Aut uaga Sardoo uestigia tingere fluctu,
 Uel Tyriae quondam regnata mapalia genti,

884 aestusque **S**, ut coni. *Liuineius et Bentley* aestus *uulgo*
 885 nosse *Bentley* 886 falsusque **L** fassusque **F** *OV* cassusque
Heinsius 889 imbellis **LOV** limbelli **F** 893 *Ac Cm Ep. 44*
 At **L** 894 reddidit *Cm l. l.* rettulit **F** retulit **LO** rutulit **V**
 895 laetus *Cm l. l.* — *iuuenis*] micenis **L** (!) 1 *Heliconia*
Heinsius et Bentley 3 hinc *Ruperti* 5 *Macetum Cm Ep. 44*
 — *Achaia* 0, *quod prob. Drakenborch* 6 *tinguere Cm l. l.*
 7 *magalia uel magaria Ruperti*

Extremumue diem et terrarum inuisere metas.
 Sic poscit sparsis Mauors agitatus in oris.
 Ergo age, qua litui, qua ducunt bella, sequamur. 10
 Ausoniae pars magna iacet Trinacia tellus,
 Ut semel expugnante Noto et uastantibus undis
 Accepit freta, caeruleo propulsa tridente.
 Namque per occultum caeca ui turbinis olim
 Impactum pelagus laceratae uiscera terrae 15
 Discidit et, medio perrumpens arua profundo,
 Cum populis pariter conuulsis transtulit urbes.
 Ex illo, seruans rapidus diuortia, Nereus
 Saeuo diuiduos coniungi pernegat aestu.
 Sed spatium, quod dissociat consortia terrae, 20
 Latratus fama est — sic arta interuenit unda —
 Et matutinos uolucrum tramittere cantus.
 Multa solo uirtus: iam reddere foenus aratris,
 Iam montis umbrare olea, dare nomina Baccho
 Cornipedemque citum lituis generasse ferendis, 25
 Nectare Cecropias Hyblaeo accedere ceras.
 Hic et Paeonios arcano sulphure fontis,
 Hic Phoebo digna et Musis uenerabere uatum
 Ora excellentum, sacras qui carmine siluas,
 Quique Syracosia resonant Helicona camena. 30
 Promptae gens linguae; ast eadem, cum bella cieret,
 Portus aequoreis sueta insignire trophaeis.
 Post dirum Antiphatae sceptrum et Cyclopia regna
 Uomere uerterunt primum noua rura Sicanos:

12 semel] senies **S** 16 Discidit **Cm l. l.** 17 con-
 uulsis **Ch** conuulsas **V** 18 rabidus *et* 19 diuidas *Ruperti*
 — aestus **S** 22 Et matutinos **F** *E. m. LO* Ematutinos **V**
 23 foenus **Cm l. l. V** seuus **LO** saeuus **F** (*T. p. 219*) — aranti
Schrader 24 montis] monitis **S** — olea **F** dea **LOV**, *quod*
prob. Barth 26 accedere *Barth aliique accendere S* 28 uene-
 rabere **V**, *ut coni. Gronov et Heinsius uenerabile LFO* — Haec
Ph. d. et Musis (uenerabile!) u. Ora (= insula) Barth 31 ast]
est L — cierent *Heinsius* 33 antiphee **L** antipheae **F**
antiphe OV — Cyclopia **ch** 34 Sicani *Liuineius c. cod. Put.*

- Pyrene misit populos, qui nomen ab amne 35
Ascitum patrio terrae imposuere uacanti.
Mox Ligurum pubes Siculo ductore nouauit
Possessis bello mutata uocabula regnis.
Nec Cres dedecori fuit accola: duxerat actos
Moenibus e centum non fausta ad proelia Minos, 40
Daedaleam repetens poenam. qui fraude nefanda
Postquam perpetuas iudex concessit ad umbras
Cocalidum insidiis, fesso Minoia turba
Bellandi studio Siculis subsedit in oris.
Miscuerunt Phrygiam prolem Troianus Acestes 45
Troianusque Helymus, structis qui pube secuta
In longum ex sese donarunt nomina muris.
Nec Zanclaea gerunt obscuram moenia famam,
Dextera quam tribuit posito Saturnia telo.
Sed decus Hennaeis haud ullum pulchrius oris, 50
Quam quae Sisyphio fundauit nomen ab Isthmo
Et multum ante alias Ephyraeis fulget alumnis.
Hic Arethusa suum piscoso fonte receptat
Alpheon, sacrae portantem signa coronae.
At non aequus amat Trinacia Mulciber antra. 55
Nam Lipare, uastis subter depasta caminis,
Sulphureum uomit exeso de uertice fumum.
Ast Aetna eructat tremefactis cautibus ignis
Inclusi gemitus, pelagique imitata furorem,
Murmure per caecos tonat irrequieta fragoris 60
Nocte dieque simul. fonte e Phlegethontis ut atro
Flammarum exundat torrens piceaque procella

36 Abscitum **S** — uocanti **S** 37 ligurum patrio pubes **LFV**
(*in V corr.*) 39 Cres, *ut coni. Heinsius*, **V** res **ChLFO**
40 Moenibus e centum **Ch** Moenibus o centum **L** ... otten-
tum **F** Moenibus erentum **OV** 41 poenam **Cm Ep. 44**
43 fesso] casso uel misso *Dausqueius* 46 helymus **LF** hebe-
rimus **O** hebrius **V** 48 zanelea **L** zanelaa **F** zenelaa **OV**
50 Hannaeis **CdLF** hannaois **OV** Aetnaeis *Scaliger* 51 Isthmo]
Hista **ChOV** ista **LF** (*cf. u. 341*) 52 Et] Haec *Bothe*
56 super **L** 58 At **O** — aetna **F** aethna **LOV** (*cf. u. 579*)
— eructat **O** eruptat **LFV** 59 imitata] mutata **S**

Semiambusta rotat liquefactis saxa cauernis.
 Sed quamquam largo flammarum exaestuet intus
 Turbine, et assidue subnascens profluat ignis, 65
 Summo cana iugo cohabet, mirabile dictu,
 Uicinam flammis glaciem, aeternoque rigore
 Ardentes horrent scopuli; stat uertice celsi
 Collis hiems, calidamque niuem tegit atra fauilla.
 Quid referam Aeolio regnatas nomine terras? 70
 Uentorumque domos atque addita claustra procellis?
 Hic uersi penitus Pelopea ad regna Pachyni
 Pulsata Ionio respondent saxa profundo.
 Hic, contra Libyamque situm Caurosque furentis,
 Cernit deuexas Lilybaeon nobile chelas. 75
 At, qua diuersi lateris frons tertia terrae
 Uerget in Italiam prolato ad litora dorso,
 Celsus harenosa tollit se mole Pelorus.
 His longo mitis placide dominator in aeuo
 Praefuerat terris Hieron, tractare sereno 80
 Imperio uulgum pollens et pectora nullo
 Parentum exagitare metu, pactamque per aras
 Haud facilis temerare fidem, socialia iura
 Ausoniis multos seruarat casta per annos.
 Uerum, ubi fata uirum fragili soluere senecta,
 Primaeuo cessit sceptrum exitiale nepoti, 85
 Et placida indomitos accepit regia mores.
 Namque, bis octonis nondum rex praeditus annis,

63 Semiambusta **OV** Semambusta **LF** (*sed cf. II. 681*)

64 exaestuet **Ch** exaestuat **V** 65 profluat **ChLF** per-
 fluat **OV** 66 cana **F** caua **LOV** plana *Dausqueius* 67 glaciem
 aeternoque **V** glaciemque aeterno **L** glaciemque aeternoque **F**
 glaciemque aeterne **O** 69 calidamque *Drakenborch* cali-
 daque **S** altamque uel canamque *Dausqueius* gelidamque *Schrader*
 — niuem tetigit **F** iuueni tetigit **LOV** 70 numine *Heinsius*
 72 Pelopea **Cd** (*T. p. 215*) **LF** pelopeia **OV** 73 resplendent
Ruperti 74 Libyamque situm **Cd** (*T. p. 214*) 75 libyeon **L**
 libyaeon **F** libreon **O** libreon **V** (*T. p. 243*) 76 terris *edd.*
 87 indomitos **OV** indomitus **LF** 88 praeditus **S** perditus **Ch**
 proditus *Heinsius et Burmann*

Caligare alto in solio nec pondera regni
 Posse pati et nimium fluxis confidere rebus. 90
 Iamque breui nullum, delicta tuentibus armis,
 Fas notum ignotumque nefas; uilissima regi
 Cura pudor. tam praecepiti materna furor
 Pyrrhus origo dabat stimulos proauique superbum
 Aeacidae genus atque aeternus carmine Achilles. 95
 Ergo ardor subitus Poenorum incepta fouendi;
 Nec sceleri mora: iam iungit noua foedera, pacto,
 Cederet ut Siculis uictor Sidonius oris.
 Sed stabant Poenae, tumulumque negabat Erinnys,
 Qua modo pactus erat socium non cernere, terra. 100
 Saeuos namque pati fastus iuuenemque cruento
 Flagrantem luxu et miscentem turpia diris
 Haud ultra faciles, quos ira metusque coquebat,
 Iurati obtruncant; nec iam modus ensibus: addunt
 Femineam caedem atque insontum rapta sororum 105
 Corpora prosternunt ferro. noua saeuit in armis
 Libertas iactatque iugum. pars Punica castra,
 Pars Italos et nota uolunt; nec turba furentum
 Defit, quae neutro sociari foedere malit.
 Tali Trinacriae motu rebusque Sicanis 110
 Exitio regis trepidis, sublimis honore —
 Tertia nam Latios renouarat purpura fasces —
 Marcellus classem Zanclaeis appulit oris.
 Atque ubi cuncta uiro caedesque exposta tyranni
 Ambiguaeque hominum mentes, Carthaginis arma 115
 Quos teneant et quanta locos, quod uulgus amicum
 Duret Troiugenis, quantos Arethusa tumores
 Concipiat perstetque suas non pandere portas:

89 pondera **LV** pondere **F0** 90 flexis **S** 93 furore **S**
 97 iam iungit *scr.* (*cf. IV. 101, V. 130, VI. 350*) iungit **S** con-
 iungit *uel* iunguntur *uel* iungebat *Heinsius* iungit enim *Liui-*
neius nam iungit *Lefebure* quin iungit *Barth* mora fit; iungit
Burmann 99 *Poenae pro poenae Ruperti* 102 diris *Ch*
 ducis **S** 105 ac consortium *Bothe* 113 zancleis **OV**
zandaeis LF

- Incubit bello ac totam per proxima raptim
Armorum effundit flammato pectore pestem. 120
- Non aliter Boreas, Rhodopes a uertice praeceps
Cum sese immisit decimoque uolumine pontum
Expulit in terras, sequitur cum murmure molem
Eiecti maris et stridentibus affremit alis.
- Prima Leontinos uastarunt proelia campos, 125
Regnatam diro quondam Laestrygone terram.
Instabat ductor, cui tarde uincere Graias
Par erat ac uinci turmas. ruit aequore toto
— Femineum credas maribus concurrere uulgum —
Et Cereri placitos fecundat sanguine campos. 130
- Sternuntur passim; pedibusque euadere letum
Eripuit rapidus Mauors. nam ut cuique salutem
Promisit fuga, praeueniens dux occupat ense.
'Ite, gregem metite imbellem ac succidite ferro,'
- Clamat, cunctantis urgens umbone cateruas, 135
'Pigro luctandi studio certamen in umbra
Molle pati docta et gaudens splendescere oliuo,
Stat, mediocre decus uincentum, ignaua iuentus.
Haec laus sola datur, si uiso uincitis hoste.'
- Ingruit, auditu ductore, exercitus omnis; 140
Solaque, quod superest, secum certamina norunt,
Quis dextra antistet spoliisque excellat opimis.
Euboici non, per scopulos illisa Caphareo,
- Euripi magis unda furit, pontumue sonantem
Eicit angusto uiolentius ore Propontis; 145
- Nec feruet maiore fretum rapiturque tumultu,
Quod ferit Herculeas extremo sole columnas.
Mite tamen dextrae decus inter proelia tanta

127 uincere] incidere F 128 Pererrat V 130 placitos Ch
placidos V 132 rabidus *Markland ad Stat. silv. II. 2. 111*
— nam deest uulgo 139 Haec] Nec O — uisi et hostem
Gronov uisu — hostem *Barth* 141 morunt *Heinsius aliique*
143 Euboica ch — illisa] uilis a L — caphareo LF caphareo OV
144 Euripi F Erupi LOV (T. p. 243) 148 inter] nostre S

Enituit fama. miles Tyrrhenus, Asilo 149
 Nomen erat, captus quondam ad Thrasymenna fluenta,
 Seruitium facile et dominantis mollia iussa
 Expertus Beryae, patrias remearat ad oras
 Sponte fauentis eri; repetitisque impiger armis
 Tum ueteres Siculo casus Mauorte piabat.
 Atque is, dum medios inter fera proelia miscet, 155
 Illatus Beryae, cui, pacta ad regia misso
 Poenorum a populis sociataque bella gerenti,
 Aerato cassis munimine clauserat ora,
 Inuadit ferro iuuenem trepideque ferentem
 Instabilis retro gressus prosternit harena. 160
 At miser, audita uictoris uoce, trementem
 Cunctantemque animam Stygia ceu sede reducens,
 Cassidis a mento malefidae uincula rumpit
 Iungebatque preces atque addere uerba parabat.
 Sed, subito aspectu et noto conterritus ore, 165
 Tyrrhenus ferrumque manu reuocauit et ultiro
 Talia cum gemitu lacrimis effudit obortis:
 'Ne, quaeso, supplex lucem dubiusque precare;
 Fas hostem seruare mihi. multo optimus ille
 Militiae, cui postremum est primumque, tueri 170
 Inter bella fidem: tu letum euadere nobis
 Das prior et seruas nondum seruatus ab hoste.
 Haud equidem dignum memet, quae tristia uidi,
 Abnuerim dignumque iterum in peiora reuolui,
 Si tibi per medios ignis mediosque per ensis 175
 Non dederit mea dextra uiam.' Sic fatur et ultiro
 Attollit uitaque exaequat munera uitae.

149 Asilo ChS Asylo uulgo Asylae Ruperti (cf. Verg. Aen. X. 175) 152 Beryae Ch berre L berrae F boree OV — remearat Ch 153 eri S 156 beryae V berre L berrae F boree O (cf. u. 152) 161 At Ch OV Ac LF 162 Luctantemque Blass — ceu Ch LF cui OV 167 effundit O — ab ortis OV 172 Das V Des LFO 173 dignum Blass indignum s 177 uitaque] uictoque Heinsius curaque Withof

At, compos Sicula primum certaminis ora
 Coepti, Marcellus uictricia signa, quieto
 Agmine progrediens, Ephyraea ad moenia uertit. 180
 Inde Syracosias castris circumdedit arces.
 Sed ferri languebat amor. sedare monendo
 Pectora caeca uirum atque iras euellere hauebat.
 Nec, renuant si forte sibi et si mitia malle
 Credant esse metum, laxis seruatur omissa 185
 Obsidio claustris; quin contra intentior ipse
 Inuigilat cautis, frontem imperterritus, armis
 Et struit arcana necopina pericula cura.
 Haud secus Eridani stagnis ripaue Caystri
 Innatat albus olor pronoque immobile corpus 190
 Dat fluuio et pedibus tacitas eremigat undas.

Interea, dum incerta labat sententia clausis,
 Exciti populi atque urbes socia arma ferebant:
 Incumbens Messena freto minimumque reulsa
 Discreta Italia atque Osco memorabilis ortu; 195
 Tum Catane, nimium ardenti uicina Typhoeo
 Et generasse pios quondam celeberrima fratres,
 Et, cui non licitum fatis, Camarina, moueri.
 Tum, quae nectareis uocat ad certamen Hymetton,
 Audax Hybla, fauis, palmaque arbusta Selinus 200
 Et, iusti quondam portus, nunc litore solo
 Subsidium infidum fugientibus aequora, Mylae.
 Necnon altus Eryx, necnon e uertice celso
 Centuripae largoque uirens Entella Lyaeo,

178 campos OV habebat S (<i>cf. ad I. 61</i>)	179 quieta S seruatur] reseratur <i>Blass</i>	183 hauebat Cd 185 metum OV mecum LF —
	186 quin] quem F	187 frontem O
	194 Messena Ch LOV	mesena F
Messana <i>edd.</i>	196 tipheo L typheo F tropheo O tropheo V (<i>T. p. 243</i>)	198 mesena F
	199 uocabat L	200 palmaequa <i>Gronov</i>
palmisque <i>Lefebure</i>	palmis quoque onusta <i>uulgo</i> — selimis LO	
selinis F selnnis V	202 Mylae <i>Liuineius aliique</i> myle S	
203 e uertice LF (<i>cf. u. 206</i>) et u. OV	204 Centuripae Ch S	
Centuripe <i>uulgo</i> — uirens FV uiretis LO		

- Entella, Hectoreo dilectum nomen Acestae. 205
 Non Thapsos, non e tumulis glacialibus Acrae
 Defuerunt; Agyrina manus geminoque Lacone
 Tyndaris attollens sese affluit. altus equorum
 Mille rapit turmam atque hinnitibus aera flammat,
 Pulueream uoluens Agragas ad inania nubem. 210
 Ductor Grosphus erat, cuius caelata gerebat
 Taurum parma trucem, poenae monimenta uetustae.
 Ille, ubi torreret subiectis corpora flammis,
 Mutabat gemitus mugitibus; actaque ueras
 Credere erat stabulis armenta effundere uoces. 215
 Haud impune quidem; nam dirae conditor artis
 Ipse suo moriens immugit flebile tauro.
 Uenit, ab amne trahens nomen, Gela; uenit Halaesa
 Et, qui praesenti domitant periura, Palici,
 Pectora suppicio; Troianaque uenit Acesta; 220
 Quique per Aetnaeos Acis petit aequora fines
 Et dulci gratam Nereida perluit unda.
 Aemulus ille tuo quondam, Polypheme, calor,
 Dum fugit agrestem uiolenti pectoris iram,
 In tenuis liquefactus aquas euasit et hostem 225
 Et tibi uictricem, Galatea, immiscuit undam.
 Neenon qui potent Hypsamque Alabimque sonoros
 Et perlucem splendenti gurgite Achaten;

205 hectoree **LV** hectoreae **F** hectore **O** 206 Thapsos
Heinsius tapsos **S** — acrae **OV** atrae **LF** 207 Agyrina *Gronov*
 agathirna **LOV** agathyna **F** (*cf. u. 259*) Agyrena uel Abacaena
Heinsius 208 affluit **Ch** affuit **S** — altus **S** altor **Cd**, *sed cf.*
T. p. 214 altor *Nicander* 209 turmam **Ch** — hinnitibus]
 humentibus **L** — era **L** — flammat **V** flammant **Ch** **LFO** — turmas,
 quae h. a. flammant *Dausqueius* 210 agragos **S** — inania
Gronov menia **S** 215 stabulis] stimulis *Blass* 218 uenit
 Halaesa **Ch** uehalsa **LF** uehesa **OV** — Alaesa *Ruperti* 219 domi-
 tauit **S** damnant *Heinsius* 221 aethnaeos **LF** ethu-
 nes **OV** 226 uectrice Bothe — galatea **O** gulatea **LF**
 galeata **V** 227 Hypsamque **Ch** **LV** hyspanique **F** hispa-
 nique **O** — Alabimque **Ch** — sonoro **S** 228 achaten **L**
 achatem **FOV**

Qui fontis, uage Chrysa, tuos et pauperis aluei
 Hipparium ac facilem superari gurgite parco 230
 Pantagian rapidique colunt uada flaua Symaethi.
 Litora Thermarum, prisca dotata camena,
 Armauere suos, qua mergitur Himera ponto
 Aeolio. nam diuiduas se scindit in oras;
 Nec minus occasus petit incita, quam petit ortus. 235
 Nebrodes gemini nutrit diuertia fontis,
 Quo mons Sicania non surgit ditior umbrae.
 Henna deum lucis sacras dedit ardua dextras.
 Hic specus, ingentem laxans telluris hiatum,
 Caecum iter ad manis tenebroso limite pandit, 240
 Qua nouus ignotas Hymenaeus uenit in oras:
 Hac Stygius quondam, stimulante Cupidine, rector
 Ausus adire diem, maestoque Acheronte relicto,
 Egit in illicitas currum per inania terras.
 Tum rapta paeceps Hennaea uirgine flexit 245
 Attonitos caeli uisus lucemque pauentis
 In Styga rursus equos et praedam condidit umbris.
 Romanos Petraea duces, Romana petiuit
 Foedera Callipolis lapidosique Engyon arui,
 Hadranum Ergetiumque simul telaque superba 250

229 uage Chrysa Ch uagethirsa L uagechyrsa F uagedrasa O
 uage chrasa V Uagedrusa uulgo, unde Arethusa Liuineius
 Agathyrsa Dausqueius 230 Hipparium Ch Hipparem S Hipparin Heinsius 231 Pantagian L Pantagiam FOV — Symaethi
Dausqueius symathi LF simathi OV 236 diuertia fontis OV
 diuooertia fortis L diuoercia fontis F 238 sacras — dextras
Heinsius sacra — dextra s sacram — dextram uulgo 240 mandit L
 241 in oras] ad auras Blass 242 Hac] Ac Heinsius, quod
 prob. Ruperti — quondam] postquam Gronov 244 in LF
 per OV 245 Cum Gronov, quod prob. Ruperti — hennaea O
 hennea V ethnaea L hemiae F — flexit Cm Ep. 44 246 uisus S
 (cf. II. 222, VI. 231) uisu uulgo — pauentes Cm l.l. 249 Engyon
 uel Enguion Heinsius Engion arui Ch eugyon arui L eugion
 artu F eugron arcu OV Eugeon arcus Dausqueius 250 Adra-
 num Ruperti — Ergetiumque ChF orgatiumque L ergentum-
 que O ergetumque V, quod prob. Heinsius — telaeque s. Lan-
 gerae Heinsius

Lanigera Melite et litus piscosa Calacte,
 Quaeque procelloso Cephaloedias ora profundo
 Caeruleis horret campis pascentia cete,
 Et qui correptas sorbentem uerticis haustu
 Atque iterum e fundo iaculantem ad sidera puppis 255
 Tauromenitana cernunt de sede Charybdim.
 Haec Latium manus et Laurentia signa fouebat.
 Cetera Elissaeis aderat gens Sicana uotis.
 Mille Agathyrna dedit perflataque Trogilos Austris,
 Mille Thoanteae sede Phacelina Diana. 260
 Tergemino uenit numero fecunda Panhormos,
 Seu siluis sectere feras, seu retibus aequor
 Uerrere, seu caelo libeat traxisse uolucrem.
 Non Herbesos iners, non Naulocha pigra pericli
 Sederunt, non frondosis Morgentia campis 265
 Abstinuit Marte infido; comitata Menaeis
 Uenit Amastra uiris et paruo nomine Tisse
 Et Netum et Mutyce pubesque liquentis Achaeti.
 Sidonios Drepene atque undae clamosus Helorus
 Et mox seruili uastata Triocala bello, 270

251 Calacte *Cluuerus aliique* melacte s 252 Cephaloedias **Ch**FO cephaledias **LV** 256 Tauromenitana **Ch** Tauromentana **S** Taurominitana *uulgo* — cernunt] cecidit **L** 257 fouebat *Barth* mouebat **S** 258 Elissaeis **Ch** — sicania **L**
 259 agatina **L** agathina **FOV** Agyrina *Heinsius*, sed cf. u. 208 — trogilos **OV** trogylos **LF** Troylos **Ch** Strongylos *uulgo* Trotilon *Heinsius* Trotilos *Bothe* 260 Facelina Diana. **Ch** phacelina chane **L** pacelina cauae **F** phacentina chauae **O** phacetina oauae **V** Fascellina uel Fascelina Diuae *uulgo* 261 panhormos **LOV** panchormos **F** 262 sectere **Cm Ep. 44 F** seccere **L** sectare **OV** 263 Uerrere **Cm l. l. S** Uertere *uulgo* 264 herbesos **LF** herbosos **OV** Herbessos *Heinsius* Erbessos *Ruperti* — naulocha **O** nauloca **L** nauodia **F** manlocha **V** 265 morgentia **LF** inorguentia **OV** Morgantia *Ruperti* 267 Tisse **Ch** 268 netum **F** necum **LOV** — Mutyce *Cluuerus* Mytice **Ch** mytite **L** myttite **F** micite **OV** — Achaeti **Ch** archaeti **L** areti **F** arheti **OV** Acithi *Dausqueius et Heinsius*, quod prob. *Bothe* Echetlae *Ruperti* 269 Sidonios Drepene **Cd** (*T. p. 215*) — helosus **S** 270 uallata *Bothe* — triochala **LOV** trohitala **F**

Sidonios Arbela ferox et celsus Ietas
 Et bellare Tabas docilis Cossyraque parua
 Nec maior Mazara iunctae concordibus ausis
 Iuuere et strato Gaulum spectabile ponto,
 Cum sonat alcyones cantu nidosque natantis 275
 Immota gestat, sopitis fluctibus, unda.
 Ipsa Syracusae patulos urbs inclita muros
 Milite collecto uariisque impleuerat armis.
 Ductores facilem impelli laetamque tumultus
 Uaniloquo plebem furiabant insuper ore: 280
 Numquam hoste intratos muros et quattuor arces;
 Et Salaminiacis quantam Eoisque trophyeis
 Ingenio portus urbs inuia fecerit umbram,
 Spectatum proauis: ter centum ante ora triremes
 Unum naufragium, mersaque impune profundo 285
 Clade pharetrigeri subnixas regis Athenas.
 Flammabant uulgum geniti Carthagine fratres,
 Poeni matre genus; sed quos, sub crimine pulsus
 Urbe Syracosia, Libycis eduxerat oris
 Trinacrius genitor, geminaque a stirpe parentum 290
 Astus miscebant Tyrios leuitate Sicana.
 Quae cernens ductor, postquam immedicabile uisum
 Seditio, atque ultiro bellum surgebat ab hoste,
 Testatus diuos Siculorum amnesque lacusque
 Et fontis. Arethusa, tuos, ad bella uocari 295

271 Arbela *Cluuerus* Arbeia **chs** Arabeia *uulgo* Herbita
 uel Acrilla uel Onobala *Ruperti* Abolla *Blass* — ferax *Heinsius*
 272 tabas **LFO** thabas **V** Tubas **Ch** 273 Mazara *Sieglin* (*p. l.*)
 megara **S** — iunctae **LF** iuntae **Ch** mite **O** mute **V**, *unde Mute*
uulgo Motyce uel Mutye *Cluuerus* Motye uel Mutye *Draken-*
borch — Megaris iunctae *Blass* 274 strato Gaulos (spectabile)
 ponto uel strato, Gaulos, spectabile ponto *Gronov* 275 nidos-
 que **OV** indosque **LF** 277 Syracosae **Ch** **LF** siracusae **OV**
 Syracosias *Heinsius* Syracosie *Lachmann ad Lucr. p. 407* Syra-
 cossae *Blass* — patulo **O** — muro **S** 280 plebem **S** pubem
uulgo 281 hosti *Heinsius* 284 centum *deest in OV*
 288 sub criminē] discriminē **F** ob crimina *Heinsius* 291 Altus **O**
 292 uisa *Bothe*

Inuitum; quae sponte diu non sumpserit, hostem
 Induere arma sibi: telorum turbine uasto
 Aggreditur muros atque armis intonat urbi.
 Par omnis simul ira rapit; certantque ruuntque.
 Turris, multiplici surgens ad sidera tecto, 300
 Exibat, tabulata decem cui crescere Graius
 Fecerat et multas nemorum consumpserat umbras.
 Armatam hinc igni pinum et deuoluere saxa
 Certabant calidaeque picis diffundere pestem.
 Huic procul ardentem iaculatus lampada Cimber 305
 Conicit et lateri telum exitiabile figit.
 Pascitur adiutus Uulcanus turbine uenti,
 Gliscentemque trahens turris per uiscera labem
 Perque altam molem et totiens crescentia tecta,
 Scandit ouans rapidusque uorat crepitantia flammis 310
 Robora et, ingenti simul exundante uapore
 Ad caelum, uictor nutantia culmina lambit.
 Impletur fumo et nebula caliginis atrae,
 Nec cuiquam euasisse datur; ceu fulminis ictu
 Correptae rapido in cineres abiere ruinae. 315

Par contra pelago miseris fortuna carinis.
 Namque ubi se proprius tectis urbique tulere,
 Qua portus muris pacatas applicat undas,
 Improuisa nouo pestis conterruit astu.
 Trabs fabre teres atque, erasis undique nodis, 320
 Nauali similis malo, praefixa' gerebat

296 Inuitumque a sponte **S** Inuitum quia sp. **Ch** — diu
 deest in **O** deum *Heinsius* sua *Schrader* animi *L. Müller* in
Mus. Rhen. XVII. p. 187 299 omnis simul] omnem Siculum
Bothe 301 *graius OV* *grauis LF* 303 *hinc OV* *huic LF*
 — *pinum LFV* *deest in O* *molem uulgo* 305 *Huic O* *Hinc LFV*
Hic uulgo 307 *adiutus cod. Put.* *adiuto S* *adiecto uel*
adiuncto Liuineius et Dausqueius 308 *tabem Schrader*
 309 *totiens]* *tenens O* *totiens crescentia Cm Ep. 44* *nascentia S*
 310 *rapidusque S* *rapidisque uulgo* — *crepitantia Cm l. l.*
 311 *Rora S* 312 *nutantia Dausqueius nitentia S* 315 *in*
cineres] *moneres L* — *abire S* 320 *Trabs trabe iuncta teres*
derasis u. nodis Lefebure — *noctis OV*

- Uncae tela manus; ea celso ex aggere muri
 Bellantis curui rapiebat in aera ferri
 Unguis et medium reuocata ferebat in urbem. 325
 Nec solos uis illa uiros, quin saepe triremem
 Belligerae rapuere trabes, cum desuper actum
 Incuterent puppi chalybem morsusque tenacis.
 Qui, simul affixo uicina in robora ferro
 Sustulerant sublime ratem, miserabile uisu,
 Per subitum rursus laxatis arte catenis 330
 Tanta praecipitem reddebant mole profundo,
 Ut totam haurirent undae cum milite puppem.
 His super insidiis angusta foramina murus
 Arte cauata dabat, per quae clam fundere tela
 Tutum erat, opposito mittentibus aggere ualli. 335
 Nec sine fraude labos, arta ne rursus eodem
 Spicula ab hoste uia uicibus contorta redirent.
 Calliditas Graia atque astus pollutior armis
 Marcellum tantasque minas terraue marique
 Arcebat; stabatque ingens ad moenia bellum. 340
 Uir fuit Isthmiacis decus immortale colonis,
 Ingenio facile ante alios telluris alumnos,
 Nudus opum, sed cui caelum terraeque paterent.
 Ille, nouus pluuias Titan ut proderet ortu
 Fuscatis tristis radiis; ille, haereat anne 345
 Pendeat instabilis tellus; cur foedere certo
 Hunc affusa globum Tethys circumliget undis,
 Nouerat atque una pelagi lunaeque labores,
 Et pater Oceanus qua lege effunderet aestus.
 Non illum mundi numerasse capacis harenas 350

325 uila Ch — saepetriremem F septiriemem L septiremem OV 326 Teligerae uel Belligeram Schrader 327 morsusque tenaci Ch 332 undae] nuda L 334 clam fundere Burmann (*cf. Liv. XXIV. 34. 9*) cum fundere ChLF confundere OV 335 apposito OV 336 Nec] Tum S 341 isthumacis L histimacis F istumachis O isthumatis V (*cf. u. 51 et 642*) 342 facili Bothe 343 opum] apion L 345 anne] amne S 347 undis] ulnis Heinsius 349 refunderet Heinsius

Una fides; puppis etiam constructaque saxa
Feminea traxisse ferunt contra ardua dextra.

Hic dum Italum ductorem astu Teucrosque fatigat,
Adnabat centum late Sidonia uelis
Classis subsidio et scindebat caerula rostris. 355
Erigitur subitas in spes Arethusia proles
Adiungitque suas, portu progressa, carinas.
Nec contra Ausonius tonsis aptare lacertos
Addubitat mersisque celer fodit aequora remis.
Uerberibus torsere fretum; salis icta frequenti 360
Albescit pulsu facies, perque aequora late
Spumat canenti sulcatus gurgite limes.
Insultant pariter pelago; ac Neptunia regna
Tempestate noua trepidant. tum uocibus aequor
Personat, et clamat scopulis clamoris imago. 365
Ac iam diffusus uacula bellator in unda
Cornibus ambierat patulos ad proelia fluctus,
Nauali claudens umentem indagine campum.
Ac simili curuata sinu diuersa ruebat
Classis et artabat lunato caerula gyro. 370
Nec mora: terrificis saeuiae stridoribus aeris,
Per uacuum late cantu resonante profundum,
Incubuere tubae, quis excitus aequore Triton
Expauit tortae certantia murmura conchae.
Uix meminere maris; tam uasto ad proelia nisu 375
Incumbunt proni positisque in margine puppis
Extremae plantis nutantes spicula torquent.
Sternitur effusis pelagi media area telis,

351 Una Chv Uana Lfo 354 Annabat L 360 torsere ov
tersere L corsere F 365 clamat] clangit uel resilit uel
plaudit uel plangit scopulos Ruperti reboat Withof — clangoris
Heinsius 368 umentem o humentem F niuentem L claudens
humentem m. 2 in lacunam inser. v uuentem Gronov 369 Ac Chs
At uulgo 370 artabat Lv arctabat o artato et lunabato F
arabat Ch arquabat Heinsius 371 terrifici Heinsius —
saeuae] ceu o 372 uacuum] uastum Ruperti 373 Increpue
Gronov Incinuere Heinsius — triton v tritim lo tritin F
378 area lo aera Fv

- Celsaque anhelatis exurgens ictibus alnus
 Caerula nigranti findit spumantia sulco. 380
- Ast aliae latere atque incussi roboris ictu
 Detergent remos; aliae per uiscera pinus
 Tramissis ipso retinentur uulnere rostris,
 Quo retinent. medias inter sublimior ibat
 Terribilis uisu puppis, qua nulla per omne 385
 Egressa est Libycis maior naualibus aeuum.
 Sed quater haec centum numeroso remige pontum
 Pulsabat tonsis, ueloque superba capaci
 Cum rapidum hauriret Borean et cornibus omnis
 Colligeret fatus, lento se robore agebat, 390
 Intraret fluctus solis ceu pulsa lacertis.
 Procurrunt leuitate agili docilesque regentis
 Audiuisse manum Latio cum milite puppes.
- Has ut per laeuum uenientis aequor Himilco
 In latus obliquas iussamque incurrere proram 395
 Conspergit, propere diuis in uota uocatis
 Aequoris, intento uolucrem de more sagittam
 Assignat neruo; utque oculis librauit in hostem
 Et calamo monstrauit iter, diuersa relaxans
 Brachia, deduxit uultu comitante per auras 400
 In uulnus telum ac residentis puppe magistri
 Affixit plectro dextram; nec deinde regenda
 Puppe manus ualuit, flectenti immortua clavo.
 Dumque ad opem accurrit ceu capta nauita puppe,
 Ecce iterum fatoque pari neruoque sagitta, 405

379 alnus m. 2 in lacuna V almis LFO 380 fundit L
 fundit FOV — nigranti] candenti Schrader 381 latere Cm
Ep. 90 LV lacere F late O latera Bothe — roboris] arboris O
 — actu Schrader 387 Acta quater centum Heinsius Nam
 quater haec c. Lefebure Ter quater Schrader 389 boream O
 390 robore Cm Ep. 90 391 fluctu (= fluctui) Heinsius —
 ceu Liuineius aliique si LFV se O quasi Withof ut Bothe
 400 deduxit OV diduxit ChLF, unde fortasse direxit scribendum
 (cf. II. 92, IX. 171) 401 ac Ch et O 403 flectendo Gronov
 404 puppe] pinu Schrader

In medium perlapsa globum, transuerberat ictu
Orba gubernaci subeuntem munera Taurum.

Irrumpit Cumana ratis, quam Corbulo ductor
Lectaque complebat Stabiarum litore pubes.

Numen erat celsae puppis Lucrina Dione. 410

Sed superingestis propior quia subdita telis
Bella capessebat, media subsedit in unda
Diuisitque fretum. clamantum spumeus ora
Nereus implet aquis, palmaeque, trahente profundo,
Luctantum frustra summis in fluctibus extant. 415

Hic, audax ira, magno per caerula saltu
Corbulo transgressus — nam textam robore turrim
Appulerant nexae ferri compage triremes —
Euadit tabulata super flammaque comantem
Multifida pinum celso de culmine quassat. 420

Inde atros alacer pastosque bitumine torquet,
Ammentante Noto, Poenorū aplustribus ignes.

Intrat diffusos pestis Uulcania passim

Atque implet dispersa foros; trepidatur omissio
Summis remigio; sed enim tam rebus in artis 425
Fama mali nondum tanti penetrarat ad imos.

At rapidus feroꝝ, per pinguis unguine taedas
Illapsus, flammis uictricibus insonat alueo.

Qua nondum tamen intulerat uim Dardana lampas,
Parcebantque uapor, saxorum grandine dirus 430

Arcebat fatumque ratis retinebat Himilco.

Hic miser, igniferam dum uentilat aere pinum,

407 gubernandi OV 408 Campana *Drakenborch* 409 Lectaque Ch — stablarum FV stabularum LO 410 Nomen Ch — Lucrina *Heinsius* (*cf. Stat. Silv. III. 1. 150*) uicina S Erycina Schrader puppi uicina *Lefebure* 411 quia scr. quae S qua Bentley 413 clamantum Ch 415 extant V extant O extrant L hesitant F (*cf. u. 483*) 421 atros LO atrox FV 422 Ammentante LF Amentante Cm Ep. 90 Aduentante OV Augmentante D. *Heinsius* Adiutante *Dausqueius* Aduertente *Gronov* — amplustribus OV 423 diffisos Bothe 425 tam iam *Heinsius* tum nos 427 Ac S Nec Blass 429 tamen tandem F — intulerat S impulerat *edd. nonnullae* — uim] non L

Murali saxo per lubrica sanguine transtra
 Uoluitur in fluctus, Lycchaei uulnere, Cydnus.
 Fax nidore graui foedauit comminus auras, 435
 Ambusto instridens pelago. ferus inde citatum
 Missile adorata contorquet Sabratha puppe —
 Hammon numen erat Libycae gentile carinae
 Cornigeraque sedens spectabat caerula fronte —:
 ‘Fer, pater, afflictis, fer,’ ait, ‘Garamantice uates, 440
 Rebus opem inque Italos da certa effundere tela.’
 Has inter uoces tremulo uenit agmine cornus
 Et Neptunicolae transuerberat ora Telonis.

Urgebant nihilo leuius iam in limine mortis,
 Quos fuga praecipitis partem glomerarat in unam 445
 Puppis, adhuc uacuam taedae; sed, proxima cursu
 Fulmineo populatus, ineuitabilis ardor
 Correptam flammis inuoluit ouantibus alnum.
 Primus, ope aequorei funis delapsus in undas,
 Qua nondum Stygios glomerabat Mulciber aestus, 450
 Ambustus socium remis aufertur Himilco.
 Proxima nudarunt miserandi fata Batonis
 Desertam ductore ratem. bonus ille per artem
 Crudo luctari pelago atque exire procellas.
 Idem, quid Boreas, quid uellet crastinus Auster, 455
 Anteibat; nec peruigilem tu fallere uultum,
 Obscuro quamuis cursu, Cynosura, ualeres.
 Is, postquam aduersis nullus modus: ‘Accipe nostrum,
 Hammon, sanguinem,’ ait, ‘spectator cladis iniquae.’
 Atque, acto in pectus gladio, dextra inde cruorem 460
 Excipit et large sacra inter cornua fundit.

434 Lycchaei **Ch** licchaei **L** lichaei **F** luchaei **OV** Lychaei
Drakenborch — cyduns **L** cydinis **F** ciclus **O** cidus **V** 437 adora-
 rata] ab aurata *Ruperti* — sabratha **FV** sabracha **L** sub rata **O**
 Sabatra *Heinsius* Tabraca *Schrader* Sabatha *Ruperti* 444 Ur-
 guebant **Ch** 446 taedae] cede **L** 449 aequoreas *Heinsius*
 452 Batonis **ChF** bathonis **LOV** Baconis *Heinsius* 454 Surdo
Schrader — obluctari *Heinsius* 456 Anteibat] Callebat uel
 Anticipat uel Anticipans *Ruperti* 458 His **F**

Hos inter Daphnis, deductum ab origine nomen
Antiqua, fuit infelix, cui linquere saltus
Et mutare casas infido marmore uisum.
At princeps generis quanto maiora parauit 465
Intra pastorem sibi nomina: Daphnī amarunt
Sicelides Musae; dexter donauit auena
Phoebus Castalia et iussit, projectus in herba
Si quando caneret, laetos per prata, per arua
Ad Daphnī properare greges riuosque silere. 470
Ille ubi, septena modulatus harundine carmen,
Mulcebat siluas, non umquam tempore eodem
Siren assuetos effudit in aequore cantus;
Scyllaei tacuere canes; stetit atra Charybdis;
Et laetus scopulis audiuit iubila Cyclops. 475
Progeniem hauserunt et nomen amabile flammae.
Innatat ecce super transtris fumantibus asper
Ornytos ac longam sibimet facit aequore mortem,
Qualis Oiliades, fulmen iaculante Minerua,
Surgentis domuit fluctus ardentibus ulnis. 480
Transigitur valida medius, dum se alleuat, alni
Cuspide Marmorides Sciron. pars subnatat unda
Membrorum, pars extat aquis; totumque per aequor
Portatur, rigido, miserandum, immortua rostro.
Accelerant puppes utrimque atque ora ruentum 485
Sanguinei feriunt remorum aspergine rores.
Ipse adeo senis ductor Rhoeteius ibat
Pulsibus et ualido superabat remige uentos.

462 daphnīs OV 463 fuit] perit Bentley 465 At LF
Et OV — parabit S 466 Intra pastores Lefebure Inter
pastores Heinsius — daphnī L daphnī F claphnī O daphnī V
473 Sirem F 475 laetus] laeta e sc. Heinsius lentoſ Leſebure
— audiuit] sedanit Gronov desiuit Blass — ciclops V cydops L
cyclopes F ciclopis O 476 hauserunt OV auserunt LF
480 Urgentes Heinsius 481 alni ChLV alui O, quod prob.
Dausqueius alno c. ed. Parm. Bentley 482 sciron S Sciron
uulgo Sithon uel Cothon u. Syrton Schrader 483 estat F
484 immortua] in monstrua F — rostro] ferro c. cod. Put. Hein-
sius 487 senis Cm Ep. 90 LF seuis OV, unde saeuis uulgo

Quam rapidis puppem manibus frenare Lilaeus
 Dum tentat, saeuia truncatur membra bipenni, 490
 Ac fert haerentis trabibus ratis incita palmas.
 Sicania Aeoliden portabant transtra Podaetum.
 Hic, aeuo quamquam nondum excessisset ephebos —
 Seu laeui traxere dei, seu feruida corda
 Nec sat matus laudum bellique cupido — 495
 Arma puer niueis aptarat picta lacertis
 Et freta gaudebat celsa turbare Chimaera.
 Iamque super Rutula, super et Garamantide pinu
 Ibat ouans, melior remo meliorque sagitta;
 Et iam turrigerum demerserat aequore Nessum; 500
 Heu puer malesuada rudi noua gloria pugnae!
 Dum cristam galeae trucis exuuiasque precatur
 De duce Marcelllo superos temerarius, hasta
 Excepit raptim uulnus letale remissa.
 Pro qualis! seu splendentem sub sidera nisu 505
 Exigeret discum, iaculo seu nubila supra
 Surgeret, aligeras ferret seu puluere plantas
 Uix tacto, uel dimensi spatia improba campi
 Transiret uelox saltu, decuere labores.
 Sat prorsus, sat erat decoris discrimin'e tuto, 510
 Sat laudis. cur facta, puer, maiora petebas?
 Illum, ubi labentem pepulerunt tela sub undas,
 Ossa Syracosio fraudatum naufraga busto,
 Fleuerunt freta, fleuerunt Cyclopia saxa
 Et Cyane et Anapus et Ortygie Arethusa. 515

491 Ac Ch LF At V Art O 492 aeolidem O — Podaetum Ch
 Podarcen Schrader (*cf. u. 507*) 494. 495 Bothe sic legi uult:
 ephebos, Nec — laudum, seu feruida corda Seu laeui tr. d.
 bellique cupido, Arma etc. — *uulgo uerba nec — laudum uncis*
inclusa erant, quas recte deleuit Bentley 502 *trux Blass*
 505 *nisu O uisu LFV* 508 tacto O tacta LFV — dimens LF
 dimeus O deest in V, sed m. 2 i. marg. climens 509 decuere Ch
 docuere S nocnere Barth et Gronov 510 toto F 511 facta S
 fata *edd. nonnullae* 514 freta] flecta F — ciclopia OV
 cyclopea L cordopa F 515 Et cyane LF Et trane OV Cyanes
 uulgo — ortigie L ortiage F orthigie OV Ortygies Ruperti,
 sed cf. Lachmann ad *Lucr.* p. 407.

Parte alia Perseus — puppem hanc Tiberinus agebat —
 Quaque uehebatur Crantor Sidonius, Io
 Concurrunt. iniecta ligant hinc uincula ferri
 Atque illinc, steteruntque rates ad proelia nexae.
 Nec iaculo aut longe certatur harundine fusa, 520
 Comminus et gladio terrestria proelia miscent.
 Perrumpunt Itali, qua caedes prima reclusit
 Monstrauitque uiam; uasta sed mole catenas
 Hortatur socios et uincla abrumpere ferri
 Ac parat hostili resoluta puppe receptos 525
 Auehère et paribus pelago diducere ab armis:
 Aetnaeo Polyphemus erat nutritus in antro
 Atque inde antiquae nomen feritatis amabat;
 Ubera praebuerat paruo lupa; corporis alti
 Terribilis moles, mens aspera, uultus in ira 530
 Semper et ad caedes Cyclopia corde libido.
 Isque relaxatis membrorum pondere uincls
 Impulerat puppim et mergebat gurgite tonsas
 Duxissetque ratem, pressa Latronius hasta
 Ni propere duro nitentem exurgere uelox 535
 Affixet transtro. uix morte incepta remittit;
 Namque manus seruat dum suetos languida ductus,
 Ignatum summo traxit super aequore remum.
 Percussi cuneo Poeni densentur in unum,
 Quod caret hoste, latus, subito cum pondere uictus, 540
 Insiliente mari, submergitur alueus undis.
 Scuta uirum cristaeque et inerti spicula ferro

516 Perseus Ch LF presens OV — puppem hanc Ch — hac O
 517 Crantor Sidonius Ch LF crautor s. V et auctor s. O 518 Con-
 currunt Ch 521 et] at Lefebure et Ernesti 523 uasta sed m.
Lefebure uastas et m. S uastas et Maela Marsus u. et Mela Cella-
 riūs uasta sub mole *Heinsius* uasta dux mole *Thilo* 527 Aeth-
 naeo LFO Ethneo V 530 multus in ira *Heinsius* 531 cyclo-
 peia S 532 relapsatis L 534 Latronius Ch Laronius S
 535 insurgere Bothe 536 Affixet L Affixa F Affixit OV
 538 Ignarum *Heinsius* — summo traxit Ch somno traxit S
 summa attraxit *uulgo* — aequore scr. aequora S 539 Per-
 cussi S — densentur S densantur *uulgo*

Tutelaeque deum fluitant. hic robore fracto
 Pugnat inops chalybis seseque in proelia rursus
 Armat naufragio; remis male feruidus ille 545
 Festinat spoliare ratem, discriminē nullo
 Nautarum interdum conuulsa sedilia torquens.
 Non plectro ratis aut frangendae in uulnera prorae
 Parcitur, et pelago repetuntur nantia tela.
 Uulneribus patulis intrat mare. mox sua ponto 550
 Singultante anima propulsa refunditur unda.
 Nec desunt, qui correptos complexibus artis
 Immergant pelago et, iaculis cessantibus, hostem
 Morte sua perimant. remeantum gurgite mentes
 Crudescunt, ac pro ferro stat fluctibus uti. 555
 Haurit sanguineus contorta cadauera uertex.
 Hinc clamor, gemitus illinc mortesque fugaeque
 Remorumque fragor flictuque sonantia rostra.
 Perfusum bello feruet mare; fessus acerbis
 Terga fuga celeri Libyaē conuertit ad oras, 560
 Exigua sese furatus Himilco carina.

Concessere mari tandem Graiusque Libysque,
 Et iam captiuae uinclis ad litora longo
 Ordine ducuntur puppes. flagrantibus alto
 Stant aliae taedis. splendet lucente profundo 565
 Mulciber, et tremula uibratur imagine pontus.
 Ardet nota fretis Cyane pennataque Siren.
 Ardet et Europe, niuei sub imagine tauri
 Uecta Ioui ac prenso tramittens aequora cornu;

543 fluctant **S** — fracto **OV** freto **LF** 548 in uulnera **S**
 i. uulnere **uulgo** 549 Pascitur **S** — e pelago **Heinsius**
 550 patulis **deest in O** — mare] maior **O** 552 complexibus **S**
 amplexibus **uulgo** 553 cessantibus **V** cassantibus **LFO**
 554 Mole **Heinsius** 558 flictuque **L** fluctuque **FOV** — **uersum**
inser. Cm Ep. 90 559 fessus **OV** fossus **LF** 561 himilco **L**
 in mulco **F** in multo **OV** (*cf. III. 97*) 563 uinclis **LF**
 undis **OV** (**V** i. *marg. m. 2.* uinclis) 565 taedis] caedis **LFO**
 cedis **V** — Nant aliae textis **Heinsius** 567 trane **OV** (*cf. u. 515*)
 568 Europe] etiope **F** 569 ioui **V** ioue **LFO**

Et quae, fusa comas, curuum per caerula piscem 570
 Nereis umenti moderatur roscida freno.
 Uritur undiuagus Python et corniger Hammon
 Et, quae Sidonios uultus portabat Elissae,
 Bis ternis ratis ordinibus grassata per undas.
 At uinclus trahitur cognata in litora Anapus 575
 Gorgoneasque ferens ad sidera Pegasus alas.
 Dicitur et Libyae puppis signata figuram
 Et Triton captiuss et ardua rupibus Aetne,
 Spirantis rogus Enceladi, Cadmeaque Sidon. 579

Nec mora, quin trepidos hac clade irrumpere muros
 Signaque ferre deum templis iam iamque fuisset,
 Ni subito importuna lues inimicaque pestis,
 Inuidia diuum pelagique labore parata,
 Polluto miseris rapuisset gaudia caelo.

Criniger aestiferis Titan feruoribus auras 585
 Et patulam Cyanen lateque palustribus undis
 Stagnantem Stygio Cocytii oppleuit odore
 Temporaque autumni, laetis florentia donis,
 Foedauit rapidoque accendit fulminis igni.
 Fumabat crassus nebulis caliginis aer; 590
 Squalebat tellus, uitiato feruida dorso;
 Nec uiictum dabat aut ullas languentibus umbras.
 Atque ater picea uapor expirabat in aethra.
 Uim primi sensere canes. mox nubibus atris
 Fluxit deficiens penna labente uolucris; 595
 Inde ferae siluis sterni; tum serpere labes

570 Quaeque effusa — pristem uel pristim *Heinsius*
 572 Python *ChLF* phiton *OV* 573 Sidoniae *Bentley* 575 At
ChLF Ac *OV* — uinctus *Heinsius* et *Bentley* — litore *F*
 578 aethne *LFO* ethne *V* 581 iamiamque *OV* ianuamque *LF*
 — ruisset *Heinsius* 582 *Ni*] Et *S* 583 labore] uapore
Heinsius 585 Criniger *LF* Eriniger *O* Armiger, sed *i. marg.*
m. 2 Criniger *V* — aestiferis *Cm Ep. 90 LF* astriferis *OV* (*T. p. 224*)
 586 cyanen *L* cyanem *F* tranem *OV* 588 laetis *Cm l. l.*
 lactis *O* 590 crassus *Cm l. l.* crassae *Gronov et Heinsius*
 prob. *Bothe* 596 tabes *Schrader*

Tartarea atque haustis populari castra maniplis.
 Arebat lingua, et gelidus per uiscera sudor
 Corpore manabat tremulo; descendere fauces
 Abnuerant siccae iussorum alimenta ciborum. 600
 Aspera pulmonem tussis quatit, et per anhela
 Igneus efflatur sitientum spiritus ora.
 Lumina, ferre grauem uix sufficientia lucem,
 Unca nare iacent, saniesque immixta crux
 Expuitur, membrisque cutis tegit ossa peresis. 605
 Heu dolor! insignis notis bellator in armis
 Ignauo rapitur leto. iactantur in ignem
 Dona superba uirum, multo Mauorte parata.
 Succubuit medicina malis. cumulantur aceruo
 Labentum et magno cineres sese aggere tollunt. 610
 Passim etiam deserta iacent inhumataque late
 Corpora, pestiferos tetigisse timentibus artus.
 Serpit pascendo crescens Acherusia pestis
 Nec leuiore quatit Trinacia moenia luctu
 Poenorunque parem castris fert atra laborem. 615
 Aequato par exitio et communis ubique
 Ira deum atque eadem leti uersatur imago.
 Nulla tamen Latios fregit uis dura malorum,
 Incolumi ductore, uiros, clademque rependit
 Unum inter strages tutum caput. ut grauis ergo 620
 Primum letiferos repressit Sirius aestus,
 Et minuere auidae mortis contagia pestes:
 Ceu, sidente Noto cum se maria alta reponunt,
 Propulsa inuadit piscator caerula cumba:
 Sic tandem erectam morbis grassantibus armat 625

597 haustis **OV** austis **LF** (cf. u. 476) 598 Ardebat
Ruperti 599 et 600 fauci uel fauce sicca *Heinsius* fauces
 siccas *Drakenborch* f. saeptae *Ruperti* — iustorum uel missorum
quidam ap. Dausqueium — Abnuerunt ustae siccorum uel A.
 siccas introrsum *Blass* 607 iactantur] uictantur **S** 608 multo]
 inuulto **F** 609 acerui *Heinsius* et *Scaliger* 618 dira *Heinsius*
 620 ergo **LOV** egro **F** aegre *Heinsius* 622 Et minuere **ChL**
 Et numiere **F** Et timuere **OV** 624 cumba **LF** cimba **O** cymba **V**

Marcellus pubem, lustratis rite maniplis.
 Circumstant alacres signa auditisque tubarum
 Respirant laeti clangoribus. itur in hostem;
 Et, si fata ferant, iuuat inter proelia ferro
 Posse mori. socium miseret, qui sorte pudenda 630
 In morem pecudum effudere cubilibus atris
 Illaudatam animam. tumulos inhonoraque busta
 Respiciunt et uel nullo iacuisse sepulcro,
 Quā debellari morbis, placet. ardua primus
 Ad muros dux signa rapit. tenuata iacendo 635
 Et macie in galeis abscondunt ora, malusque,
 Ne sit spes hosti, uelatur casside pallor.
 Infundunt rapidum conuulsis moenibus agmen
 Condensique ruunt: tot bellis inuia tecta
 Totque uno introitu capiuntur militis arces. 640

Totum, qua uehitur Titan, non ulla per orbem
 Tum sese Isthmiacis aequassent oppida tectis.
 Tot delubra deum totque intra moenia portus,
 Adde fora et celsis suggesta theatra columnis
 Certantisque mari moles, adde ordine longo 645
 Innumeris spatioque domos, aequare superbas
 Rura. quid, inclusos porrecto limite longis
 Porticibus sacros iuuenum certamine lucos?
 Quid tot captiuis fulgentia culmina rostris?
 Armaque fixa deis? aut quae Marathonius hostis 650
 Perdidit, aut Libya quae sunt aduecta subacta?
 Hic Agathocleis sedes ornata trophyeis;
 Hic mites Hieronis opes; hic sancta uetustas

627 auditisque **LF** audisque **OV** 628 itur in] ire et in
 uel ire per *Heinsius* 629 ferant **OV** ferunt **LF** 630 sorte
Cm Ep. 90 **S** morte *uulgo* 634 primus **L** primis **FOV**
 636 macie in g. *Barth* maciem g. **S** macie g. *Marsus aliquic*
 637 uellatur **OV** celatur *Heinsius* 640 Totque *Liuineius*
 Tot **S** — una *Heinsius* 642 isthimacis **L** histimacis **F**
isthumacis **OV** (*cf. u. 51 et 341*) 647 *Rural* *Ricea* **F**
 648 sacros, iuuenum certamina, lucos *Ruperti* 649 *Quid V*
 Qui **LFO** 652 sedes] aedes *Heinsius* 653 mites *Ch S*
 mitis *uulgo* — hinc **S** — uetusta **OV**

Artificum manibus. non usquam clarior illo
 Gloria picturae saeclo; non aera iuuabat. 655
 Ascire ex Ephyre; fuluo certauerit auro
 Uestis, spirantis referens subtemine uultus,
 Quae radio caelat Babylon, uel murice picto
 Laeta Tyros, quaeque Attalicis uariata per artem
 Aulaeis scribuntur acu aut Memphitide tela. 660
 Iam simul argento fulgentia pocula, mixta
 Quis gemma quaesitus honos, simulacra deorum
 Numen ab arte datum seruantia; munera rubri
 Praeterea ponti depexaque uellera ramis,
 Femineus labor.

His tectis opibusque potitus 665

Ausonius ductor, postquam sublimis ab alto
 Aggere despexit trepidam clangoribus urbem,
 Inque suo positum nutu, stent moenia regum,
 An nulos oriens uideat lux crastina muros,

654 illo ChLF ullo OV 655 iuuabat ChLF iuuabant OV
 656 Ascire ex Ephyre scr. Quem scire Ephyren S Quem accire
 ex Eph. Ruperti — certauerit Barth certaret ut S 655 sqq. non
 aera uocabant, Quae scirent Ephyren; f. certaret ut auro uulgo
 non aera uocabant, Quis scires Ephyren; f. certauerit auro
 Barth n. ae. iuuabant, Qui scirent Ephyren, f. certaret ut auro.
 Uestis uel n. ae. uocabant, Quis scires Ephyren f. certasse uel
 auro. Uestis — uultus. Quae r. Gronov n. aeris, auitam Qua
 scires Ephyren, f. certaret ut auro. Uestis uel f. consertaque
 ab auro U. Heinsius n. aera iuuabant, Quae scirent Ephyren;
 f. certaret ut auro Uestis — uultus. Quae Cellarius n. aera
 iuuabant, Quae scirent Ephyren, f. certaret ut auro U., — uultus,
 Quae Drakenborch n. aere uocabat Quaesito ex Ephyre, f.
 certaret ut auro. U. Burmann n. aera iuuabat Quaesisse ex
 Ephyre; f. haud certauerit auro Lefebure n. aera iuuabant,
 Quae scirent Ephyren; f. certauerit auro Uestis, — uultus,
 Cui radio cedat B. Bothe nou aera iuuabant, Quae uicere Ephyren;
 f. certauerit auro Baehrens n. aera iuuabant, Quae miscens
 Ephyre fuluo certauerat auro Thilo (p. l.) qui post hunc uersum
 unum excidisse putat 657 subtemine F subtegmine LOV
 658 cedat O 662 gemina S 665 labor V pudor ChLFO
 sudor. tectis Heinsius 667 plangoribus Heinsius 668 stent
 stetit L — moenia, rerum Heinsius — regum] longum Schrader

Ingemuit nimio iuris tantumque licere 670
 Horruit et, propere reuocata militis ira,
 Iussit stare domos, indulgens templa uetustis
 Incolere atque habitare deis. sic parcere uictis
 Pro praeda fuit, et sese contenta nec ullo
 Sanguine pollutis plausit Uictoria pennis. 675
 Tu quoque ductoris lacrimas, memorande, tulisti,
 Defensor patriae, meditantem in puluere formas
 Nec turbatum animi tanta feriente ruina.

Ast reliquum uulgus, resoluta in gaudia mente,
 Certarunt uicti uictoribus. aemulus ipse 680
 Ingenii superum, seruando condidit urbem.
 Ergo extat saeclis stabitque insigne trophyaeum
 Et dabit antiquos ductorum noscere mores.

Felices populi! si, quondam ut bella solebant, 684
 Nunc quoque inexhaustas pax nostra relinqueret urbes.
 At, ni cura uiri, qui nunc dedit otia mundo,
 Effrenum arceret populandi cuncta furorem,
 Nudassent auidae terrasque fretumque rapinae.

670 nimio iuris *Blass* iuno uiris **L** in uno iuris **F** in uno
 uiris **OV** nimium iuris *uulgo* nimium uictis *Barth* nimias uires
uel nimius iuris *Heinsius* 679 Ast **S** At *uulgo* 680 Cer-
 tarent **S** 682 seclis **F** sedis **LOV** 686 Ac *Ch*

SILI ITALICI
PUNICORUM
LIBER QUINTUS DECIMUS.

At noua Romuleum carpebat cura senatum,
 Quis trepidas gentes Martemque subiret Hiberum,
 Attritis rebus. geminus iacet hoste superbo
 Scipio, belligeri Mauortia pectora fratres. 5
 Hinc metus, in Tyrias ne iam Tartessia leges
 Concedat tellus propioraque bella pauescat.
 Anxia turba patrum quasso medicamina maesti
 Imperio circumspectant diuosque precantur,
 Qui laceris ausit ductor succedere castris.
 Absterret iuuenem, patrios patruique piare 10
 Optantem manis, tristi conterrita luctu
 Et reputans annos cognato sanguine turba.
 Si gentem petat infaustam, inter busta suorum
 Decertandum hosti, qui fregerit arma duorum,
 Qui consulta ducum ac flagret meliore Gradiuo. 15
 Nec promptum teneris immania bella lacertis
 Moliri regimenque rudi deposcere in aeuo.
 Has, lauri residens iuuenis uiridante sub umbra,
 Aedibus extremis uoluebat pectore curas,
 Cum subito assistunt, dextra laeuaque per auras 20
 Allapsae, haud paulum mortali maior imago,
 Hinc Uirtus, illinc uirtuti inimica Uoluptas.

4 pectora] pignora *Bothe* 5 Hic **S** — tartessia **FV**
 tartesia **O** charchesia **L** 6 propioraque **L** propioraque **FOV**
 probioraque *Bothe* — tellus, p. b. pauescit *Anxia* t. patrum:
 quasso *Blass* 7 patres *Heinsius* — A. corda patres *Bentley*
 — maeste *Bothe* 9 Quis *Heinsius* — ausit **FV**, sed in **F** h
 suprascer. auxit **LO** 10 patriaque **F** patruosque *Heinsius*
 12 cognato e s. *Heinsius* 13 busta] turba **F** 17 rudi]
 duri **F** 19 extremis] et mediis *Ruperti*

Altera Achaemenium spirabat uertice odorem,
 Ambrosias diffusa comas et ueste refulgens,
 Ostrum qua fuluo Tyrium suffuderat auro; 25
 Fronte decor quae situs acu, lasciuaque crebras
 Ancipi motu iaciebant lumina flamas.
 Alterius dispar habitus: frons hirta nec umquam
 Composita mutata coma; stans uultus, et ore
 Incessuque uiro propior laetique pudoris, 30
 Celsa humeros niueae fulgebat stamine pallae.

Occupat inde prior, promissis fisa, Uoluptas:
 'Quis furor hic, non digne puer, consumere bello
 Florem aei? Cannaene tibi grauiorque palude
 Maeonius Stygia lacus excessere Padusque? 35
 Quem tandem ad finem bellando fata lacesse?
 Tune etiam tentare paras Atlantica regna
 Sidoniasque domos? moneo, certare periclis
 Desine et armisonae caput obiectare procellae.
 Ni fugis hos ritus, Uirtus te saeuia iubebit 40
 Per medias uolitare acies mediosque per ignis.
 Haec patrem patruumque tuos, haec prodiga Paulum,
 Haec Decios Stygias Erebi detrusit ad undas,
 Dum cineri titulum memorandaque nomina bustis
 Praetendit nec sensurae, quod gesserit, umbrae. 45
 At si me comitere, puer, non limite duro
 Iam tibi decurrat concessi temporis aetas.
 Haud umquam trepidos abrumpet bucina somnos;
 Non glaciem Arctoam, non experiere furentis
 Ardorem Cancri nec mensas saepe cruento 50
 Gramine compositas; aberunt sitis aspera et haustus
 Sub galea puluis partique timore labores;

25 quae Gronov 29. 30 ora Incessusque *Dausqueius*
 37 atlantica F athlantica L adlantica O ad lautica V 40 ritus]
 artus F 42 hoc S 43 Nec L — erebi OV erebri L crebi F
 45 quod S quid uulgo 49 experire S 52 timore]
 minore S — partique timore labores *Heinsius* partique labore
 timores *Ruperti* patrisque e more labores uel partique in
 morte lab. *Blass* partique in Marte labores nos (cf. XI. 23)

Sed current albusque dies horaeque serenae,
Et molli dabitur uictu sperare senectam.
Quantas ipse deus laetos generauit in usus 55
Res homini plenaque dedit bona gaudia dextra!
Atque idem, exemplar lenis mortalibus aei,
Imperturbata placidus tenet otia mente.
Illa ego sum, Anchisae Uenerem Simoentos ad undas
Quae iunxi, generis uobis unde editus auctor. 60
Illa ego sum, uerti superum quae saepe parentem
Nunc auis in formam, nunc torui in cornua tauri.
Huc aduerte aures. currit mortalibus aeuum,
Nec nasci bis posse datur; fugit hora, rapitque 65
Tartareus torrens ac secum ferre sub umbras,
Si qua animo placuere, negat. quis luce suprema
Dimisisse meas sero non ingemit horas?

Postquam conticuit, finisque est addita dictis,
Tum Uirtus: 'Quasnam iuuenem florentibus,' inquit,
'Pellicis in fraudes annis uitaeque tenebras, 70
Cui ratio et magnae caelestia semina mentis
Munere sunt concessa deum? mortalibus alti
Quantum caelicolae, tantumdem animalibus isti
Praecellunt cunctis. tribuit namque ipsa minores
Hos terris Natura deos; sed foedere certo 75
Degeneres tenebris animas damnauit Auernis.
At, quis aetherii seruatur seminis ortus,
Caeli porta patet. referam quid cuncta domantem
Amphitryoniadem? quid, cui, post Seras et Indos
Captiuo Liber cum signa referret ab Euro, 80
Caucaseae currum duxere per oppida tigres?
Quid suspiratos magno in discrimine nautis
Ledaeos referam fratres uestrumque Quirinum?

57 lenis **O** leuis **LFV** 58 tenet **V** tener **LFO** terit *Heinsius*
59 simoentos **LF** (*cf. XVI. 370*) simeonta **O** simeuntis **V**
68 abdita **F** 74. 75 minore — deo **S**, *quod prob. Heinsius*
minores — deo *ed. Rom. 2 aliaeque* 76 clamauit **L** 78 do-
nantem **S** 83 fratrem **F**

Nonne uides, hominum ut celsos ad sidera uultus
 Sustulerit deus ac sublimia finxerit ora, 85
 Cum pecudes uolucrumque genus formasque ferarum
 Segnem atque obscoenam passim strauisset in aluum?
 Ad laudes genitum, capiat si munera diuum,
 Felix ad laudes hominum genus. huc, age, paulum
 Aspice — nec longe repetam — modo Roma minanti 90
 Impar Fidene contentaque crescere asylo,
 Quo sese extulerit dextris; idem aspice, late
 Florentis quondam luxus quas uerterit urbes.
 Quippe nec ira deum tantum nec tela nec hostes,
 Quantum sola noces animis illapsa Uoluptas. 95
 Ebrietas tibi foeda comes, tibi Luxus et atris
 Circa te semper uolitans Infamia pennis;
 Mecum Honor ac Laudes et laeto Gloria uultu
 Et Decus ac niueis Uictoria concolor alis.
 Me cinctus lauro producit ad astra Triumphus. 100
 Casta mihi domus et celso stant colle penates,
 Ardua saxoso perducit semita cliuo.
 Asper principio — neque enim mihi fallere mos est —
 Prosequitur labor. annitudum intrare uolenti,
 Nec bona censendum, quae Fors infida dedisse 105
 Atque eadem rapuisse ualet. mox celsus ab alto
 Infra te cernes hominum genus. omnia contra
 Experienda manent, quam spondet blanda Uoluptas.
 Stramine projectus duro patiere sub astris
 Insomnis noctes frigusque famemque domabis. 110
 Idem iustitiae cultor, quaecumque capesses,

85 finxerat **V** fixerit **Ch** 87 passum **F** pastu *Blass*
 88 genitum est *Heinsius* — post diuum *distinxit Bentley* diuum
 felix, ad *uulgo* 91 *Uix par Bothe* — *Fidene*] *Porsenae*
Ruperti 92 Que **S** 93 uerteret **S** 95 noces **O** uoces *LFV*
 — animas **O** 96 feda **S** fida *uulgo* 100 producit **Ch** *LF*
 perducit **OV** 103 neque **S** nec *uulgo* 105 censendum *Cm*
Ep. 115 concendunt **O** — fors *Cm l. l.* — dedisse *Barth*
 desset **S** 108 spondet *Cm l. l.* — *Uoluptas Cm l. l.* 109 *Gramine*
 pr. nudo *Schrader*

Testis factorum stare arbitrabere diuos.

Tunc, quotiens patriae rerumque pericula poscent,
Arma feres primus; primus te in moenia tolles
Hostica; nec ferro mentem uincere nec auro. 115
Hinc tibi non Tyrio uitiatas murice uestes,
Nec donum deforme uiro fragrantis amomi,
Sed dabo, qui uestrum saeuo nunc Marte fatigat
Imperium, superare manu laurumque superbam
In gremio Iouis excisis deponere Poenis. 120

Quae postquam cecinit sacrato pectore Uirtus,
Exemplis laetum uultuque audita probantem
Conuertit iuuenem. sedenim indignata Uoluptas
Non tenuit uoces. 'Nil uos iam demoror ultra,'
Exclamat. 'uenient, uenient mea tempora quondam, 125
Cum docilis nostris magno certamine Roma
Seruiet imperiis, et honos mihi habebitur uni.'
Sic quassans caput in nubis se sustulit atras.

At iuuenis, plenus monitis, ingentia corde
Molitur iussaeque calet uirtutis amore. 130
Ardua rostra petit, nullo fera bella uolente,
Et grauia ancipitis deposita munera Martis.
Arrecti cunctorum animi; pars lumina patris,
Pars credunt toruos patrui reuirescere uultus. 134
Sed quamquam instinctis tacitus tamen aegra periclis
Pectora subrepit terror, molemque pauentes
Expendunt belli, et numerat fauor anxius annos.

Dumque ea confuso percensem murmure uulgus,
Ecce, per obliquum caeli squalentibus auro
Effulgens maculis, ferri inter nubila uisus 140
Anguis et ardent radiare per aera sulco,
Quaque ad caeliferi tendit plaga litus Atlantis,

112 adstare *Heinsius* 113 Tu *Heinsius* 117 fragrantis O,
ut coni. *Dausqueius* flagrantis LFV 127 honos Ch 128 in
om. OV 129 urgentia O 134 reuirescere Cm Ep. 115 135 in-
stinctis tacitus tamen Cm l. l. instinctis deest in S (T. p. 221)
quamquam tacitus magnis tamen uulgo — instinctos Bothe —
pericli *Heinsius* 142 athlantis S

Perlabi resonante polo. bis terque coruscum
 Addidit augurio fulmen pater, et uaga late
 Per subitum moto strepuere tonitrua mundo. 145
 Tum uero capere arma iubent genibusque salutant
 Summissi augurium, atque iret, qua ducere diuos
 Perspicuum, et patrio monstraret semita signo.

Certatim comites rerum bellique ministros
 Agglomerant sese atque acris sociare labores 150
 Exposcunt; laudumque loco est isdem esse sub armis.
 Tum noua caeruleum descendit classis in aequor.
 It comes Ausonia atque in terras transit Hiberas.
 Ut, cum saeuia fretis immisit proelia, Corus
 Isthmon curuata sublime superiacit unda 155
 Et, spumante ruens per saxa gementia fluctu,
 Ionium Aegaeo miscet mare. celsus in arma
 Emicat ac prima stans Scipio puppe profatur:
 'Diue tridentipotens, cuius maria ire per alta
 Ordinur, si iusta paro, decurrere classi 160
 Da, pater, ac nostros ne sperne iuuare labores.
 Per pontum pia bella ueho.' Leuis inde secunda
 Aspirans aura propellit carbasa flatus;
 Iamque agiles, Tyrrhena sonant qua caerula, puppes
 Ausonium euasere latus Ligurumque citatis 165
 Litora tramittunt proris. hinc gurgite ab alto
 Tellurem procul irrumpentem in sidera cernunt;
 Aerias Alpis. occurrunt moenia Graiis
 Condita Massiliae. populis haec cincta superbis,

145 Per sudum *Schrader* (*cf. XII. 654*) — crepuere *idem*
 149 rerum] operum *Heinsius* 150 Agglomerant **V** Agglo-
 merat **LFO** — acris] alacres *Schrader* 151 esse] isse *Daus-*
queius 155 superiacit *scr.* suberigit **LOV** subegerit **F** super-
 rigat *Heinsius* — Isthmo incuruatam s. suberigit undam *Lefebure*
 — Corus, Isthmon curuata in sublime superstetit unda *Bentley*
 Ut — Corus Isthmo curuatas s. suberigit undas *Bothe*
 157 aegaeo **OV** egeo **F** egro **L** 159 tridentipotens **Cm Ep. 115**
 163 carbasa **OV** carbasia **LF** 168 Graiis **Cm l. l.** graio **S**
 169 massile **OV** — haec **Cm l. l.** hinc **O**

Barbarus immani cum territet accola ritu, 170
 Antiquae morem patriae cultumque habitumque
 Phocais armiferas inter tenet hospita gentes.
 Hinc legit Ausonius sinuatos gurgite ductor
 Anfractus pelagi. nemoroso uertice celsus
 Apparet collis, fugiuntque in nubila siluae 175
 Pyrenes; tunc Emporiae ueteresque per ortus
 Graiorum uulgus, tunc hospita Tarraco Baccho.
 Considunt portu. securae gurgite clauso
 Stant puppes, positusque labor terrorque profundi.

Nox similes morti dederat placidissima somnos: 180
 Uisa uiro stare effigies ante ora parentis
 Atque hac aspectu turbatum uoce monere:
 'Nate, salus quondam genitoris, nate, parentis
 Et post fata decus, bellorum dira creatrix
 Euastanda tibi tellus, et caede superbi 185
 Ductores Libyae cauta uirtute domandi,
 Qui sua nunc trinis diducunt agmina castris.
 Si conferre manum libeat, coeantque uocatae
 Hinc atque hinc acies, ualeat quis ferre ruentis
 Tergemina cum mole uiros? absiste labore 190
 Ancipiti, sed nec segnis potiora capesse.
 Urbs colitur, Teucro quondam fundata uetusto,
 Nomine Carthago. Tyrius tenet incola muros.
 Ut Libyae sua, sic terris memorabile Hiberis
 Haec caput est. non ulla opibus certauerit auri, 195
 Non portu celsoue situ, non dotibus arui
 Uberis aut agili fabricanda ad tela uigore.
 Inuade auersis, nate, hanc ductoribus urbem.
 Nulla acies famae tantum praedaeue pararit.'

170 in mani F in imam LV mimam O — cum territet
 Cm l. l. tunc territet O 171 cultumque Cm l. l. cultusqne LF
 cultum O cultus V 172 armiferas Cm Ep. 115 S armisonas
 uulgo 173 sinuatas OV 182 aspectus *Heinsius* — mouere OV
 185 clade Bothe 187 diducunt, ut coni. *Heinsius* LFV de-
 ducent O 188 conferre manum Ch — liceat *Heinsius* —
 uocatae] coactae idem 193 Nomine Ch 195 illa *Daus-*
queius — auri] urbi uel aut ui *Heinsius* 198 aduersis S

Talia monstrabat genitor propiusque monebat, 200
 Cum iuuenem sopor et dilapsa reliquit imago.
 Surgit et infernis habitantia numina lucis
 Ac supplex patrios compellat nomine manis:
 'Este duces bello et monstratam ducite ad urbem;
 Uobis ulti ego et, Sarrano murice fulgens, 205
 Inferias mittam fusis insignis Hiberis
 Et tumulis addam sacros certamine ludos.'
 Praegreditur celeratque uias et corripit agmen
 Pernici rapidum cursu camposque fatigat.
 Sic, ubi prosiluit Pisaeo carcere praeceps, 210
 Non solum ante alios, sed enim, mirabile dictu,
 Ante suos it uictor equus, currumque per auras
 Haud ulli durant uisus aequare uolantem.

Iamque Hyperonia lux septima lampade surgens
 Sensim attollebat proprius subeuntibus arces 215
 Urbis, et admoto crescebant culmina gressu.
 Ac pelago uectus seruata Laelius hora,
 Quam dederat ductor subigendae ad moenia classi,
 A tergo affusis cingebat tecta carinis.
 Carthago, impenso naturae adiuta fauore, 220
 Excelsos tollit pelago circumflua muros.
 Artatas ponti fauces modica insula claudit,
 Qua Titan ortu terras aspergit Eoo.
 At, qua prospectat Phoebi iuga sera cadentis,
 Pigram in planiciem stagnantis egerit undas, 225
 Quas auget ueniens refluusque reciprocat aestus.
 Sed gelidas a fronte sedet sublimis ad Arctos
 Urbs imposta iugo prouumque exurrit in aequor
 Et tuta aeterno defendit moenia fluctu.

202 inferius L — lumina L 203 At L — numine LV
 minime F numina O 207 sacros, certamina, ludos *Lefebure*
 208 Praegreditur Ch Progreditur S 212 currumque] curritque
ed. Basil. 1522 aliaeque 215 proprius L proprius FOV 217 At V
 — adiectus uel inuestus *Heinsius* 222 ponti] ponit S
 224 prospectant *Bothe* 228 imposta OV 229 aeterno]
Etneo ed. Rom. 1 alterno Gronov et Heinsius interno Bothe

- Audax, ceu plano gradiens uictricia campo 230
 Ferret signa, iugum certabat scandere miles.
 Aris ductor erat. qui contra, amplexus in artis
 Auxilium atque excelsa loci, praesepserat arcem.
 Pugnabat natura soli; paruoque superne
 Bellantum nisu passim per prona uoluti 235
 Truncato instabiles fundebant corpore uitam.
 Uerum ubi concessit pelagi reuolubilis unda,
 Et fluctus rapido fugiebat in aequora lapsu,
 Quaque modo excelsae sulcarant caerula puppes,
 Hac impune dabat Nereus transcurrere planta: 240
 Hinc tacite nitens informidatus adire
 Ductor Dardanius, subitam trahit aequore pubem,
 Perque undas muris pedes aduolat. inde citati
 A tergo accelerant, qua fisus fluctibus Aris
 Incustoditam sine milite liquerat urbem. 245
 Tum prostratus humi, miserandum, uicta catenis
 Poenus colla dedit populumque addixit inermem.
 Hanc oriens uidit Titan, cum surgeret, urbem
 Uallari castris captamque aspexit eandem
 Ocius, Hesperio quam gurgite tingueret axem. 250
 Aurora ingrediens terris exegerat umbras;
 Principio statuunt aras. cadit ardua taurus

232 Arris *edd. nonnullae* Armes uel Arnes *Heinsius* Arin
Ruperti 233 Auxilium atque excelsa loci praesepserat
 arcem *Cm Ep. 115* Auxiliumque exc. l. precesserat artem *L*
 Auxiliumque exc. l. praecipserat artem *FV* Auxiliumque exc.
 l. processerat artem *O* — Auxilium excelsamque loci praecinixerat arcem *ed. Basil. 1522* — qui cuncta a. i. a. Auxilia,
 excelsam sociis praecinixerat arcem *Dausqueius* qui contra a.
 i. a. Auxilium, qua excelsa loci, protexerat arcem *Barth* qui
 contra, ampl. inertis Auxilium uel qui ponti a. i. artis Auxilium,
 qua excelsa, loci praesepserat arcem *Burmann* qui, cunctum
 a. i. a. Auxilium, qua exc. loci, praecinixerat arce *Bothe*
 235 uisu *OV* 240 Hic *O* — plantae *Heinsius* 241 tacite
 nitens *Dausqueius aliique* taciti nectens *S* tacite nitens *Heinsius*
 tacite innitens *Lefebure* 244 fisus *Cm Ep. 115* 246 uicta
Cm l. l. uincta *L* 247 Poenus *Cm l. l.*

Uictima Neptuno pariter pariterque Tonanti.
 Tum merita aequantur donis, ac praemia uirtus
 Sanguine parta capit: phaleris hic pectora fulget; 255
 Hic torque aurato circumdat bellica colla;
 Ille nitet celsus muralis honore coronae.
 Laelius ante omnis, cui dextera clara domusque,
 Ter dena boue et aequorei certaminis alto
 Donatur titulo Poenique recentibus armis 260
 Rectoris. tunc hasta uiris, tunc Martia cuique
 Uexilla, ut meritum, et praedae libamina dantur.

Postquam perfectae laudes hominumque deumque,
 Captiuae spectantur opes digestaque praeda:
 Hoc aurum patribus, bello haec Martique talenta, 265
 Hoc regum donis, diuum hoc ante omnia templis,
 Cetera bellantum dextrae pulchroque labori.
 Quin etiam accitus populi regnator Hiberi,
 Cui sponsa et sponsae defixus in ossibus ardor;
 Hanc notam formae concessit laetus ouansque 270
 Indelibata gaudenti uirgine donum.
 Tum uacui curis uicino litore mensas
 Instituunt festoque agitant conuiuia ludo.
 Laelius effatur: 'Macte, o uenerande, pudici,
 Ductor, macte animi. cedat tibi gloria lausque 275
 Magnorum heroum celebrataque carmine uirtus.
 Mille Mycenaeus qui traxit in aequora proras
 Rector, et Inachiis qui Thessala miscuit arma,
 Femineo socium uiolarunt foedus amore.
 Nullaque tum Phrygio steterunt tentoria campo, 280
 Captiuis non plena toris; tibi barbara soli
 Sanctius Iliaca seruata est Phoebade uirgo.'

253 pariter *om. o* 259 Ter dena boue *Ch* 261 hasto *s*
 — tunc Martia *Cm l. l.* 262 *ut Cm l. l.* 263 profectae *OV*
 264 spectantur] uectantur *uel* auectantur *Heinsius* apportantur
Schrader 266 regnum *OV* 270 Huic *Dausqueius* et *Heinsius*
 274 effatur *ChLF* affatur *OV* — *uenerande OV* *uenerabile LF*
 278 arua *OV* 279 uiolarunt] uigilauit *o* 280 steterunt,
ut coni. Heinsius LF steterant *OV*

Haec atque his paria alterno sermone serebant,
Donec Nox, atro circumdata corpus amictu,
Nigrantis inuexit equos suasitque quietem.

285

Emathio interea tellus Aetola tumultu
Feruebat, Macetum subitis perculta carinis.
Proximus hinc hosti dextras iungebat Acarnan.

290

Causa noui motus Poenis regique Philippo
In bellum Ausonium sociatae foedere uires.
Hic, gente egregius ueterisque ab origine regni,
Aeacidum sceptris proauoque tumebat Achille.

295

Ille et nocturnis conterruit Oricon armis;
Quaque per Illyricum Taulantius incola litus
Exiguos habitat non ullo nomine muros,
Turbidus incessit telis. ille aequore uectus,
Nunc et Phaeacum Thesprotiaque arua lacessens,
Epirum cassis lustrabat futilis ausis.

Nunc et Anactoria signa ostentauit in ora
Ambraciosque sinus Olpaeaque litora bello
Perfudit rapido. pepulit uada feruida remis
Leucatae et Phoebi uidit citus Actia templa.
Nec portus Ithace, Laertia regna, Samenque

300

Liquit inaccessam fluctuque sonantia cano
Saxa Cephallenum et scopulosis Neriton aruis.
Ille etiam, Pelopis sedes et Achaica adire
Moenia praegaudens, tristem Calydonia Diana
Oeneasque domos, Curetica tecta, subibat,
Promittens contra Hesperiam sua proelia Grais.

305

283 serebant *Heinsius* ferebant S 287 Macetum Ch LF
macedum O macerum V 288 hinc Ch F huic LV deest in O
294 Taulentius Ch 297 Hinc *Liuineius* et *Dausqueius* —
tesprotiaque F 298 cassi — ausi *Heinsius* 300 Ambro-
tiosque LFV Ambrosiosque O — Olpaeaque scr. pellaeaque S
Pallaeaque uel Pharaeaque uel Palaeraque *Ruperti* Eleaque
Schrader Pelopeaque uel Neleaque *Blass* 301 Perfudit Ch LF
Perfundit OV 304 inaccensam Ch — cauo OV 305 scopu-
losae N. arcis *Heinsius* 306 achaica L ateiacaca F achaia OV
(cf. XIV. 5) 307 praegaudens Ch gauisus S (T. p. 238)
309 grais S

Tum lustrata Ephyre Patraeque et regia Pleuron 310
 Parnasusque biceps Phoeboque loquentia saxa.
 Ac saepe ad patrios bello reuocante penatis,
 Cum modo Sarmaticus regna infestaret Orestes,
 Aspera nunc Dolopum uis exundasset in agros,
 Incepto tamen hand facilis desistere uano, 315
 Belli per Graias umbram circumtulit oras:
 Donec, nunc pelago, nunc terra exutus, omisit
 Spem positam in Tyriis et supplex foedera sanxit
 Dardana nec legem regno accepisse refugit.

Tunc et Tyndarei Latias fortuna Tarenti 320
 Auxit opes laudemque simul. nam perfida tandem
 Urbs Fabio deuicta seni, postremus in armis
 Ductoris titulus cauti. sollertia tutum
 Tum quoque adepta decus, captis sine sanguine muris.
 Namque ut compertum, qui Punica signa regebat, 325
 Feminea exuri flamma, tacitusque quietae
 Exin uirtuti placuit dolus: ire sorori —
 Nam castris erat in Rutulis — germanus amatae
 Cogitur et magnis muliebria uincere corda
 Pollicitis, si reclusas tramittere portas 330
 Concedat Libycus rector. uotique potitus
 Euictus Fabius Poeno circumdata telis
 Incustodita penetrauit moenia nocte.

Sed quisnam auersos Phoebum tunc iungere ab urbe
 Romulea dubitaret equos, qui tempore eodem 335
 Marcellum acciperet letum oppetiisse sub armis?
 Moles illa uiri calidoque habitata Gradiuo
 Pectora et haud ullis umquam tremefacta periclis —

311 Peruasusque **O** — biceps] inceps **L** — phoeboque **V**
 phoebo **LFO** 313 Sarmaticus] Dalmaticus *Schrader* — regno **O**
 — horestes **L** Eropus *ex Liv. XXVII. 32. 9 uel* Cum modo
 Sarmata ei r. inf., Orestum *uel* Orestis a. n. *Ruperti* 320 tyn-
 darei **F** tindarei **LO** tindarii **V** 321 Auxit **LO** Ausit **FV**
 323 Ductores **S** 324 Tu **OV** 325 Namque et **Ch** 326 quietae **Ch**
 327 sororis **Ch** 334 auersos **Cm Ep. 7** 336 appetiisse **OV**
 337 uiri calidoque **Cm l. l.** 338 ullis *deest in OV*

- Heu quanta Hannibalem clarum factura ruina! —
Procubuere. iacet campis Carthaginis horror. 340
Forsan Scipiadae confecti nomina belli
Rapturus, si quis paulum deus adderet aeuo.
Collis Agenoreum dirimebat ab aggere uallum
Ausonio — Dauni Mauors consederat aruis.
Curarum comes et summi Crispinus honoris 345
Marcello socius communia bella ciebat.
Ad quem Marcellus: 'Gestit lustrare propinquas
Mens siluas medioque uiros imponere monti,
Ne Libys occultis tumulum prior occupet ausis.
Si cordi est, te participem, Crispine, laboris 350
Esse uelim. numquam desunt consulta duobus.'
Haec ubi sedere, ardantis attollere sese
Iam dudum certant in equos. Marcellus, ut arma
Aptantem natum aspergit laetumque tumultu:
'Uincis,' ait, 'nostros mirando ardore uigores. 355
Sit praematurus felix labor, urbe Sicana
Qualem te uidi, nondum permitteret aetas
Cum tibi bella, meo tractantem proelia uultu.
Huc, decus, huc, nostrum, lateri te iunge paterno
Et me disce nouum Martem tentare magistro.' 360
Tum, pueri colla amplectens, sic pauca precatur:
'Summe deum, Libyco, faxis, de praeside nunc his,
His humeris tibi opima feram.' Nec plura, sereno
Sanguineos fudit cum Jupiter aethere rores
Atque atris arma aspersit non prospera guttis. 365
Uixdum finitis intrarant uocibus artas
Letiferi collis fauces, cum turba uolucris
Inuadunt Nomades iaculis nimboque feruntur

339 Heu quanta, H. clarum factura, ruina *Gronov et Heinsius* H. quantum H. clara fractura r. **S** H. quantum H. clara factura r. *Bothe* 341 nomine **OV** 347 propinquus **S** 349 occulti — astus uel occulto — astu *Heinsius* 352 Nec **OV** 354 tumultus *Heinsius* 358 uultu] ritu *Heinsius* nutu uel ductu *Wihof* 362 nunc his **Ch** nunchis **LF** uinclis **OV** 368 momades **F** meniades **LO** nioniades **V**

Aetherio similes, caeca fundente latebra
 Armatos in bella globos. circumdata postquam 370
 Nil restare uidet uirtus, quod debeat ultra
 Iam superis, magnum secum portare sub umbras
 Nomen mortis hauet. tortae nunc eminus hastae
 Altius insurgit, nunc saeuia comminus ense.
 Forsan et enasset rapidi freta saeuia pericli, 375
 Ni telum aduersos nati uenisset in artus.
 Tum patriae tremuere manus, laxataque luctu
 Fluxerunt rigidis arma infelicia palmis.
 Obuia nudatum tramittit lancea pectus,
 Labensque impresso signauit grama mento. 380

At postquam Tyrius saeuia inter proelia ductor
 Infixum aduerso uidit sub pectore telum,
 Immane exclamat: 'Latias, Carthago, timere
 Desine iam leges; iacet exitiabile nomen,
 Ausonii columen regni. sed dextera nostrae 385
 Tam similis non obscurus mittatur ad umbras.
 Magnanima inuidia uirtus caret.' Alta sepulchri
 Protinus extruitur caeloque educitur ara.
 Conuecant siluis ingentia robora. credas
 Sidonium cecidisse ducem. tum tura dapesque 390
 Et fasces clipeusque uiri, pompa ultima, fertur.
 Ipse facem subdens: 'Laus,' inquit, 'parta perennis.
 Marcellum abstulimus Latio. deponere forsitan
 Gens Italum tandem arma uelit. uos ite superbae
 Exequias animae et cinerem donate supremi 395
 Muneris officio; numquam hoc tibi, Roma, negabo.'
 Alterius par atque eadem fortuna laborum
 Consulis: exanimem sonipes ad signa reuexit.

373 hauet] habet **S** (*cf. I. 61*) 375 enasset **Cm** *Ep. 7 ov*
 euasset **LF** — saeuia] caeca *Schrader* 376 uenisset **Cm** *l. l.*
 euenisset **S** 381 At **LV** *Ac F Ast O* 385 culmen **O**
 386 obscurus *scr. obscuras S* 389 Connectant **S** 390 dapes
om. que L latexque Gronov tapesque Koestlin 396 *post hunc*
uersum tres alios inseruit Nicander, quos ex Col. deleuere
Modius Ep. 7 et Carrion Em. I. 6 397 pars *Bothe — labori*
Heinsius 398 exanimem **L** exanimum **FOV**

Talia in Ausonia. sed non et talis Hiberis
 Armorum euentus campis. Carthaginis omnes 400
 Per subitum raptae pernix uictoria late
 Terruerat gentes. ducibus spes una salutis,
 Si socias iungant uires. ingentibus orsum
 Auspiciis iuuenem, ceu patria gestet in armis
 Fulmina, sublimi uallatam uertice montis 405
 Et scopolis urbem, cumulatam strage uirorum,
 Non toto rapuisse die, qua Martius ille
 Hannibal in terra consumpto uerterit anno
 Nec pube aequandam nec opum ubertate Saguntum.
 Proximus, applicito saxosis aggere siluis, 410
 Tendebat, fratribus spirans ingentia facta,
 Hasdrubal. hic robur mixtusque rebellibus Afris
 Cantaber, hic uolueri Mauro pernicio Astur;
 Tantaque maiestas terra rectoris Hibera,
 Hannibalis quantus Laurenti terror in ora. 415
 Forte dies priscum Tyriis sollemnisi honorem
 Rettulerat, quo, primum orsi Carthaginis altae
 Fundamenta, nouam coepere mapalibus urbem.
 Et laetus, repetens gentis primordia, ductor
 Festa coronatis agitabat gaudia signis, 420
 Pacificans diuos. fraternum laena nitebat
 Demissa ex humeris donum, quam foederis arti
 Trinacrius Libyco rex inter munera pignus
 Miserat, Aeoliis gestatum insigne tyrannis.
 Aurata puerum rapiebat ad aethera penna 425
 Per nubes aquila, intexto librata uolatu.
 Antrum ingens iuxta, quod acus simulauit in ostro,

406 Et scopolis *Heinsius* Ex oculis **S** In scopolis *Bothe*
 — cumulata *Heinsius* 407 quo *Ch* cum *Liuineius* et *Daus-*
queius 408 euerterit *Heinsius* 409 Non *Ch* 412 robur]
Uasco Schrader 412 et 413 huic *Liuineius* 413 mauro **V**
 in auro **LFO** 418 coepere **V** corpore **LF** capere **O** saepsere
Heinsius — magalibus uel magaribus *Ruperti* (cf. XIV. 7)
 420 gaudia *Cm Ep.* 7 421 laeuia **S** 426 intexto **OV** in-
 testo **LF** — librata *Cm l. l.* 427 similauit *Ruperti* (cf. II. 533)

Cyclopum domus. hic recubans manantia tabo
 Corpora letifero sorbet Polyphemus hiatu.
 Circa fracta iacent excussaque morsibus ossa. 430
 Ipse manu extenta Laertia pocula poscit
 Permisctque mero ructatos ore cruores.
 Conspicuus Siculi Tyrius subteminis arte
 Gramineas pacem superum poscebat ad aras:
 Ecce inter medios hostilia nuntius arma, 435
 Quadrupedante inuestus equo, aduentare ferebat.
 Turbatae mentes, imperfectusque deorum
 Cessat honos. ruptis linquunt altaria sacris;
 Clauduntur uallo; tenuemque ut roscida misit
 Lucem Aurora polo, rapiunt certamina Martis. 440
 Audax Scipiadae stridentem Sabura cornum
 Excepit, geminaeque acies uelut omne motae.
 Exclamat Latius ductor: 'Prima hostia uobis,
 Sacrati manes, campo iacet. en age, miles,
 In pugnam et caedes, qualis spirantibus ire 445
 Assueras ducibus, talis rue.' Dumque ea fatur,
 Incumbunt. Myconum Laenas Cirtamque Latinus
 Et Thysdrum Maro et incestum Catilina Nealcen
 Germanae thalamo obtruncat. cadit obuius acri
 Kartalo Nasidio, Libycae regnator harenae. 450
 Te quoque Pyrenes uidit conterrata tellus
 Permixtum Poenis et uix credenda furentem,
 Magnum Dardaniae, Laeli, decus, omnia felix
 Cui natura dedit, nullo renuente deorum.

428 excubans OV 430 exesaque van Veen 433 sub-
 temine F subtegmine LOV — arte FV arce LO 438 Cessat
Heinsius et Schrader Cesset Ch Cessit S 441 sabura L
 sabbura FOV Sabrata *Dausqueius* 443 primo S 446 As-
 sueras OV Assuetas LF 447 Laenas ChF laeuas L leuas OV
 448 thysdrum L tysdrum F tisdrum O tisebeum V 450 Car-
 talo Cm Ep. 7 Castabo S Karthalo *Drakenborch* (cf. I. 406)
 Castulo Schrader — Nasidio Cm l. l. uasidio LFO uascidio V
 — harenae Cm l. l. 451 Pyrenes Cm l. l. tirenes OV
 452 furentis Ch 453 Laeli Cm l. l.

- Ille foro auditus, cum dulcia soluerat ora, 455
 Aequabat Pyliae Neleia mella senectae.
 Ille, ubi suspensi patres, et curia uocem
 Posceret, ut cantu, ducebat corda senatus.
 Idem, cum subitum campo perstrinxerat auris
 Murmur triste tubae, tanto feroore ruebat 460
 In pugnam atque acies, ut natum ad sola liqueret
 Bella: nihil uitae peragi sine laude placebat.
 Tunc et furtiuia tractantem proelia luce
 Deiecit Galam; sacris Carthaginis illum
 Supposito mater partu subduxerat olim, 465
 Sed stant nulla diu deceptis gaudia diuis.
 Tunc Alabim, Murrum atque Dracen demisit ad umbras,
 Femineo clamore Dracen extrema rogantem;
 Huius ceruicem gladio inter uerba precesque
 Amputat. absciso durabant murmura collo. 470
 At non ductori Libyco par ardor in armis.
 Frondosi collis latebras ac saxa capessit
 Auia, nec caedes extremaue damna mouebant
 Agminis. Italiam profugus spectabat et Alpis,
 Praemia magna fugae. tacitum dat tessera signum: 475
 Dimissa in collis pugna siluasque ferantur
 Dispersi et summam, quicumque euaserit, arcem
 Pyrenes culmenque petat. tum primus, honore
 Armorum exuto et parma celatus Hibera,
 In montis abit atque uolens palantia linquit 480
 Agmina. desertis Latius uictoria signa

455 foro] fero **S** — cum dulcia] dulci cum **S** — soluerat **Ch**
 solueret **S** 456 neleia **LF** uoleya **O** ueleia **V** — mella **Cm**
Ep. 7 LF membra **OV** (*T. p. 224*) 458 ut **Cm l. l.** 459 subitae
 (*tubae*) uel subitas (*auris*) *Heinsius* 463 et furtiuia **Ch** *LF*
 e furtiuia **OV** — luce **OV** luci **Ch** *L* **luo F** e furtiuo — lustro
Burmann e furtiuo — luco *Gronov et Heinsius* 467 *Murrum Ch*
 — tracen **LOV** tracem **F** — dimisit **V** 468 dracen **FOV**
 dacen **L** — rogantem] negantem *Bothe* morantem *Thilo*
 470 absciso **Ch** 471 in arma *Bothe* 477 artem **S**
 479 parma **OV** peruia **L** paruia **F** 480 uolens **S** uolans *uulgo*,
quod prob. Blass

Immittit miles castris. non urbe recepta
 Plus ulla partum praedae tenuitque moratas
 A caede, ut Libycus ductor prouiderat, iras.
 Fluminei ueluti deprensus gurgitis undis, 485
 Auulsa parte inguinibus causaque pericli,
 Enatat intento praedae fiber auius hoste.
 Impiger occultis Poenus postquam abditur umbris,
 Saxosae fidens siluae, maiora petuntur
 Rursus bella retro et superari certior hostis. 490
 Pyrenes tumulo clipeum cum carmine figunt:
HASDRUBALIS SPOLIUM GRADIUO SCIPIO UICTOR.

Terrore interea posito trans ardua montis
 Bebrycia populos armabat Poenus in aula,
 Mercandi dextras largus belloque parata 495
 Prodigere in bellum facilis. praemissa ferocis
 Augebant animos argenti pondera et auri,
 Parta metalliferis longo discrimine terris.
 Hinc noua complerunt haud tardo milite castra
 Uenales animae, Rhodani qui gurgite gaudent, 500
 Quorum serpit Arar per rura pigerrimus undae.
 Iamque, hieme affecta, mitescere cooperat annus.
 Inde, iter ingrediens rapidum per Celtica rura,
 Miratur domitas Alpis ac peruia montis
 Ardua et Herculeae quaerit uestigia plantae 505
 Germanique uias diuinis comparat ausis.

Ut uero uentum in culmen, castrisque resedit
 Hannibal: 'Quos Roma,' inquit, 'quos altius, oro,
 Attollit muros, qui post haec moenia fratri
 Uicta meo stent incolumes? sit gloria dextrae 510
 Felix tanta precor; neue usque ad sidera adisse
 Inuideat laeuis nobis deus.' Agmine celso
 Inde alacer, qua munitum decliuis ab alto

484 Accede OV — prouiderit Ch 488 abditur *Liuineius*
 additur s 490 retro] uiro Schrader 498 Parta OV Parca LF
 499 Huic L 500 rodani F rhodan L rodan OV 508 altius]
 acius s, unde fort. acrius scribendum — quo R. i. quo celsius
 Blass 511 neu quisquam Heinsius 512 deus om. o

Agger monstrat iter, properatis deuolat armis.
 Non tanto strepuere metu primordia belli; 515
 Nunc geminum Hannibalem, nunc iactant bina coire
 Hinc atque hinc castra, et pastos per prospera bella
 Sanguine ductores Italo coniungere Martem
 Et duplicare acies; uenturum ad moenia cursu
 Hostem praecipiti et uisurum haerentia porta 520
 Spicula, Elissaeis nuper contorta lacertis.

His super infrendens sic secum Oenotria Tellus:
 'Tantone, heu superi! spernor contempta furore
 Sidoniae gentis, quae quondam sceptr'a timentem
 Nati Saturnum nostris considere in oris 525
 Et regnare dedi? decima haec iam uertitur aestas,
 Ex quo proterimur; iuuenis, cui sola supersunt
 In superos bella, extremo de litore rapta
 Intulit arma mihi temeratisque Alpibus ardens
 In nostros descendit agros. quot corpora texi 530
 Caesorum, stratis totiens deformis alumnis!
 Nulla mihi floret bacis felicibus arbor;
 Immatura seges rapido succiditur ense;
 Culmina uillarum nostrum delapsa feruntur
 In gremium foedantque suis mea regna ruinis. 535
 Hunc etiam, uastis qui nunc sese intulit oris,
 Perpetiar, miseras quaerentem exurere belli
 Reliquias? tum me scindat uagus Afer aratro,
 Et Libys Ausoniis commendet semina sulcis,
 Ni cuncta, exultant quae latis agmina campis, 540
 Uno condiderim tumulo.' Dum talia uersat,
 Et thalamos claudit Nox atra deumque hominumque,
 Tendit Amyclaei praeceps ad castra nepotis.
 Is tum Lucanis cohibentem finibus arma

517 bell*i* Heinsius 526 iam *om.* **O** 527 cui sola V
 sola cui LFO 533 rabido Bothe 534 ferentur F 535 regna]
 terga Heinsius 536 Hunc Ch Nunc LOV Num F — oris]
 armis Ruperti 537 bello Drakenborch 542 Ut Bothe —
 claudit LFV clausit **O** — hominumque deumque uulgo

Poenum uicini seruabat caespite ualli. 545
 Hic iuuenem aggreditur Latiae telluris imago:
 'Clausorum decus atque erepto maxima Romae
 Spes Nero Marcello, rumpe atque expelle quietem.
 Magnum aliquid tibi, si patriae uis addere fata,
 Audendum est, quod, depulso quoque moenibus hoste,
 Uictores fecisse tremant. fulgentibus armis 551
 Poenus inundauit campos, qua Sena relictum
 Gallorum a populis seruat per saecula nomen.
 Ni propere alipedes rapis ad certamina turmas,
 Serus deletae post auxiliabere Romae. 555
 Surge, age, fer gressus. patulos regione Metauri
 Damnaui tumulis Poenorū atque ossibus agros.
 His dictis abit atque abscedens uisa pauentem
 Attrahere et fractis turmas propellere portis.
 Rumpit flammato turbatus corde soporem 560
 Ac, supplex geminas tendens ad sidera palmas,
 Tellurem Noctemque et caelo sparsa precatur
 Astra ducemque uiae tacito sub lumine Phoeben.
 Inde legit dignas tanta ad conamina dextras.
 Quaque iacet superi Larinas accola ponti, 565
 Qua duri bello gens Marrucina fidemque
 Exuere indocilis sociis Frentanus in armis,
 Tum, qua uitiferos domitat Praetutia pubes,
 Laeta laboris, agros, et penna et fulmine et undis
 Hibernis et Achaemenio uelocior arcu 570
 Euolat. hortator sibi quisque: 'Age, perge, salutem
 Ausoniae ancipites superi et, stet Roma cadatne,
 In pedibus posuere tuis,' clamantque ruuntque.
 Hortandi genus — acer hauet praecedere ductor.

545 ual, sed i. marg. ualli F uallis L uallum OV
 548 Nero] uero S 549 fata scr. fatis S uires *Ruperti* —
 te addere fastis *Blass* 554 turmas] pugnas L 555 deletae LO
 delectae F dilectae V 556 metauri FOV Matauri ChL
 (cf. VII. 486) 558 abscedens Cm Ep. 4 descendens O
 561 At L 563 lumine LO limine FV 570 Achaemenio
 Cm Ep. 4 572 cadatne O cadatue LFV 573 clamatue O
 — ruuntue OV 574 hauet scr. habet S (cf. I. 61)

- Illum augent cursus annisi aequare sequendo 575
 Atque indefessi noctemque diemque feruntur.
- At Roma, aduersi tantum mala gliscere belli
 Accipiens, trepidare metu nimiumque Neronem
 Sperauisse queri, atque uno sibi uulnere posse
 Auferri restantem animam. non arma nec aurum 580
 Nec pubem nec, quem fundat, superesse cruorem.
 Scilicet Hasdrubalem inuadat, qui ad proelia soli
 Hannibali satis esse nequit? iam rursus, ubi arma
 Auertisse suo cognorit deuia uallo,
 Haesurum portis Poenum; uenisce, superbo 585
 Qui fratri certet, cui maxima gloria cedat
 Urbis deletae: fremit amens corde sub imo
 Ordo patrum ac magno interea meditatur amore
 Seruandi decoris, quonam se fine minanti
 Seruitio eripiat diuosque euadat iniquos. 590
 Hos inter gemitus obscuro noctis opacae
 Succedit castris Nero, quae coniuncta feroci
 Liuius Hasdrubali uallo custode tenebat.
 Belliger is quondam scitusque accendere Martem
 Floruerat primo clarus pugnator in aeuo. 595
 Mox falso laesus non aequi crimine uulgi,
 Secretis ruris tristes absconderat annos.
 Sed, postquam grauior moles terrorque periclo
 Poscebat propiore uirum, reuocatus ad arma
 Tot caesis ducibus, patriae donauerat iram. 600
- At non Hasdrubalem fraudes latuere recentum
 Armorum, quamquam tenebris Nox texerat astus.

575 augent] ardent *uel* urgent *Heinsius* 577 Atque **S** — tan-
 tum mala **V** tantum et mala **LFO**, unde tantum en mala *Lefebure*
 579 Spirauisse *Heinsius* 581 ne quem **S** — fundat **S** fundant *uulgo*
 582 inuadat **Cm Ep. 4** — qui *deest in S* — proelia **Cm l. l.**
 585 poenum **OV** penum **L** plenum **F** 586 cedet **S** 587 tremit
uel premit *Schrader* — imo **Cm Ep. 4 LF uno OV** 589 quonam
Cm l. l. 592 nero **LV** uero **FO** 594 Belligeris **Cm l. l. LV**
 B. his **FO** 596 aequi **Cm l. l.** 597 Secretis ruris **Cm l. l.**
 600 donauerat **Cm l. l. LF** deuouerat **OV** (*T. p. 224*) 601 At **OV**
 Ac **LF** — repentum *Heinsius* nitentum *Schrader*

Pulueris in clipeis uestigia uisa mouebant
 Et — properi signum accursus — sonipesque uirique
 Substricti corpus; bis cantans bucina signum 605
 Praeterea gemino prodebat iuncta magistro
 Castra regi. uerum, fratri si uita supersit,
 Qui tandem licitum socias coniungere uires
 Consulibus? sedenim solum, dum uera patescant,
 Cunctandi restare dolum Martemque trahendi. 610
 Nec consulta fugae segni formidine differt.

Nox, somni genetrix, mortalia pectora curis
 Purgarat, tenebraeque horrenda silentia alebant:
 Erepit, suspensa ferens uestigia, castris
 Et muta elabi tacito iubet agmina passu. 615
 Illunem nacti per rura tacentia noctem
 Accelerant uitantque sonos; sed percita falli
 Sub tanto motu Tellus nequit. implicat actas
 Caeco errore uias umbrisque fauentibus arto
 Circumagit spatio sua per uestigia ductos. 620
 Nam, qua curuatas sinuosis flexibus amnis
 Obliquat ripas refluoque per aspera lapsu
 In sese redit, hac, casso ducente labore,
 Exiguum inuoluunt frustratis gressibus orbem,
 Inque errore uiae tenebrarum munus ademptum. 625

603 mouebant *Cm l. l. S* monebant *uulgo* 604 Et properi
 signum accursus *Col. teste Dausqueio* (*T. p. 203*) — propere *S*
 605 cantans *Thilo* clarum *S* claro — signo *Blass* — Stricti
 corpus bis clarum quoque buccina signum *Ch*, *unde* **Stricti**
corpus: bis clara bucina uoce — prodebat Baehrens in Bursiani
annall. 1877 p. 224 606 prodebat *Thilo* prodebat *S*
 609 patescant *Ch* *LF* patescunt *OV* 611 formidine] torpedine
Bothe 612 somni] sonum *F* 614 Erepit *Ch* *F* Eripit *LO*
Eripuit V Eripit *uulgo* 615 multa *S* (*cf. X. 638*) 616 Illunem *Ch*
In lumen S 617 uitantque sonos *Cm Ep. 4* uitant sonos,
sed m. 2 suprascr. que et socios *F* uitant socios *LOV* uitant
 sonitus *Barth* 618 Tellus *Thilo* tellus *uulgo* 619 fauentibus
Thilo ferentibus *S* fluentibus *Bothe* tegentibus *Blass*
 621 sinuosis *Ch* 623 hac] ac *F* 624 *Exiguum*] Irriguum
Heinsius

Lux surgit panditque fugam. ruit acer apertis
 Turbo equitum portis, atque omnis ferrea late
 Tempestas operit campos. nondum arma manusque
 Permixtae, iam tela bibunt praemissa cruentem.
 Hinc, iussae Poenum fugientem sistere, pennae 630
 Dictaeae uolitant; hinc lancea turbine nigro
 Fert letum cuicunque uiro, quem prenderit ictus.
 Deponunt abitus curam trepidique coactas
 Constituunt acies et spes ad proelia uertunt.

Ipse inter medios — nam rerum dura uidebat — 635
 Sidonius ductor, tergo sublimis ab alto
 Quadrupedantis equi, tendens uocemque manusque:
 'Per decora, extremo uobis quaesita sub axe,
 Per fratris laudes oro, uenisse probemus
 Germanum Hannibal; Latio Fortuna laborat 640
 Aduersis documenta dare atque ostendere, quantus
 Uerterit in Rutulos domitor telluris Hiberae,
 Suetus ad Herculeas miles bellare columnas.
 Forsitan et pugnas ueniat germanus in ipsas.
 Digna uiro, digna, obtestor, spectacula pleno 645
 Corporibus properate solo. quicumque timeri
 Dux bello poterat, fratri iacet; unica nunc spes,
 Et poena et latebris infracto Liuius aevo
 Damnatum offertur uobis caput. ite, agite, oro,
 Sternite ductorem, cum quo concurrere fratri 650
 Sit pudor, et turpi finem donate senectae.'

626 surgit *Bothe* urget **S** — ater **OV** 629 praemissa
Cm Ep. 4 631 Dictaeae *Cm l. l.* — lancea] lenta **F** 632 prendit *Cm l. l. L* *prendit F* *prendidit OV* (*T. p. 222. 225. 242*)
 633 abitus **FV** habitus **LO** 634 Constituunt *Cm l. l.* 635 uidebat] iubebant *Heinsius* 636 albo *Schrader* 637 intendens
Heinsius 641 Aduersi **L** 644 ueniat *Ch* ueniet **V** 645 uiro]
 uiri, o *Heinsius* 648 Et poena et latebris *Modius* Et poena
 latebris *Cm Ep. 10* E pene lateribus **L** E poneae (*an pone ac ?*)
 latebris, sed m. 2 *suprascr.* lateribus **F** E poeno lateribus **O**
 Et pene lateribus **V** (*T. p. 243*) Ex poenae latebris *Barth*
 649 caput deest in **S** 651 turpi *Modius* turpis **S** in *Col.*
cubabat uocabulum in litura teste Modio Ep. 10

At contra Nero: 'Quid cessas clusisse labores
 Ingentis belli? pedibus tibi gloria, miles,
 Parta ingens. nunc accumula copta ardua dextra.
 Heu temere abducto liquisti robore castra, 655
 Ni factum absoluit uictoria. praecipe laudem.
 Aduentu cecidisse tuo memorabitur hostis.'

Parte alia, insignis nudatis casside canis,
 Liuius: 'Huc, iuuenes, huc me spectate ruentem
 In pugnas. quantumque meus patefecerit ensis, 660
 Tantum intrate loci; et tandem paecludite ferro
 Iam nimium patulas Poenis grassantibus Alpis.
 Quod ni ueloci prosternimus agmina Marte,
 Et fulmen subitum Carthaginis Hannibal adsit, 664
 Qui deus infernis quemquam nostrum eximat umbris?'
 Hinc, galea capite accepta, dicta horrida ferro
 Sancit et, obiectus senium, fera proelia miscet.
 Illum, per cuneos et per densissima campi
 Corpora tot dantem leto, quot spicula torsit,
 Turbati fugere Macae, fugere feroce 670
 Autololes Rhodanique comas intonsa iuuentus.

Fatidicis Nabis ueniens Hammonis harenis
 Improba miscebatur securus proelia fati,
 Ceu tutante deo; ac patriis spolia Itala templis
 Fixurum uano tumidus promiserat ore. 675
 Ardebat gemma Garamantide caerula uestis,
 Ut cum sparsa micant stellarum lumina caelo,
 Et gemmis galeam clipeumque accenderet auro.
 Casside cornigera dependens infula sacros
 Prae se terrores diuumque ferebat honorem. 680

652 Nero] uero O — clusisse Cm l. l. clussisse F 655 ab-
 ducto, *ut coni.* *Modius* F abducta L adducte O aducte V —
 liquisti Cm Ep. 10 LF rupisti OV (T. p. 225) 656 praecipe S
praeripe vulgo 658 nudatus F 660 patefecerit V pre-
fecerit LFO 664 Hannibal] adniba (!) F 666 Hinc FV
 Hic O In L 669 dantem] tandem F 674 Itala templis
 Cm Ep. 10 679 conigera *Heinsius* — infula LV insula FO
 680 diuine (sc. *Hammonis*) Lefebure

Arcus erat pharetraeque uiro atque incocta cerastis
 Spicula, et armatus peragebat bella ueneno.
 Neenon, cornipedis tergo de more repostus,
 Sustentata genu per campum pondera conti
 Sarmatici prona aduersos urgebat in hostis. 685
 Tum quoque transfixum telo per membra, per arma
 Consulis ante oculos magno clamore Sabellum
 Asportabat ouans et ouans Hammona canebat.
 Non tulit hanc iram tantosque in corde tumores
 Barbarico senior telumque intorsit et una 690
 Praedam animamque simul uictori uictor ademit.
 Assilit, audito tristis clamore ruinae,
 Hasdrubal, et coeptantem Arabum raptare perempto
 Gemmiferi spolium cultus auroque rigentis
 Exuuias iaculum a tergo perlibrat ad ossa. 695
 Iam correpta miser geminis uelamina palmis
 Carpebat propere et trepidos nudauerat artus.
 Concidit ac sacras uestes atque aurea fila
 Reddidit exanimo, spoliatum lapsus in hostem.
 At Canthus Rutilum, Canthus possessor harenae, 700
 Qua celebre inquieti nomen posuere Philaeni,
 Ditem ouium Rutilum obtruncat, cui mille sub altis
 Lanigerae balant stabulis. ipse, otia molli
 Exercens cura, gelido nunc flumine soles
 Frangebat nimios pecori, nunc laetus in herba 705
 Tondebat niueae splendentia uellera lanae,
 Aut, pecus e pastu cum sese ad tecta referret,
 Noscentis matres spectabat ouibus agnos.

681 erant *Heinsius* 684 Sustentata V Sustenta LO
 Substenta F 686 Tum quoque Cm Ep. 10 Tantum quoque LF
 Tantum OV (T. p. 222. 242) 692 Assilit Cm l. l. Adsistit O
 693 arabum S Atabum uulgo, quod prob. Bentley 697 trepidos
 S tepidos Cd (T. p. 214) 698 ac] et O 700 rutilum LFV
 rutulum O 700—702 uerba Canthus p. — Rutilum desunt
 in OV (T. p. 217. 240) 701 Philaeni Cd 702 ouium Cm
 Ep. 10 707 e] a L — tecta] saepta *Heinsius* 708 Poscentes
 matrem *Heinsius* — pectebat uel claudebat Schrader

Occubuit clipei transfixo proditus aere
Et sero ingemuit stabulis exire paternis. 710

Acrius hoc Italum pubes incurrit et urget:
Ut torrens, ut tempestas, ut flamma corusci
Fulminis, ut Borean pontus fugit, ut caua currunt
Nubila, cum pelago caelum permiscuit Eurus.
Procerae stabant, Celtarum signa, cohortes, 715
Prima acies; hos impulsu cuneoque feroci
Laxat uis subita; et fessos errore uiarum
Nec soli faciles longique laboris anhelos
Auertit patrius genti pauor. addere tergo
Hastas Ausonius teloque instare sequaci 720
Nec donare fugam. cadit uno uulnere Thrymis,
Non uno Rhodanus; profligatumque sagitta
Lancea deturbat Morinum et iam iamque cadentem.
Cedentis urget, totas largitus habenas,
Liuius acer equo et turmis abeuntibus infert 725
Cornipedem. tunc auersi turgentia colla
Disicit ense Mosae. percussit pondere terram
Cum galea ex alto lapsum caput, at residentem
Turbatus rapuit sonipes in proelia truncum.
Hic Cato — nam medio uibrarat et ipse tumultu —: 730
'Si, primas,' inquit, 'bello cum amisimus Alpes,
Hic iuueni oppositus Tyrio foret, hei mihi quanta
Cessauit Latio dextra, et quot funera Poenis
Donarunt proui suffragia tristia campi!'

Iamque inclinabant acies, cunctisque pauorem 735
Gallorum induerat pauor, et Fortuna ruebat

710 exire **S** exisse **uulgo** — parentis **Ch** 713 boream **F**
— borea pontus furit **Heinsius** 717 uis subita **Ch** 718 solis
Lefebure — Ac solui faciles **Dausqueius** 721 Thrymis **Ch F**
thyruns **L** thirus **OV** Turus **Cellarius** 722 sagitta **Lefebure**
sagittae **S** proclinatumque sagitta **Schrader** 726 turgentia]
fugientia **Heinsius** 727 Disicit scr. cum **Heinsio** Destitit **S**
Deripit **Lefebure** Diripit **Ruperti** Demetit **Blass** (cf. IV. 213,
V. 286) 728 at **ChLF** ac **OV** 730 uibrarat **S** uibrabat **uulgo**
732. 733 uerba hei — dextra desunt in **OV** (T. p. 240)
735 cuneisque **Heinsius**

Sidonia; ad Rutulos Uictoria uerterat alas.
 Celsus, ceu prima reflorescente iuuenta,
 Ibat consul, ouans maior maiorque uideri.
 Ecce, trahens secum canentem puluere turmam, 740
 Ductor Agenoreus subit, intorquensque lacertis
 Tela, sònat: 'Cohibete fugam. cui cedimus hosti?
 Nonne pudet? conuersa senex marcentibus annis
 Agmina agit; nunc, quaeso, mihi nunc dextera in armis
 Degenerat, nostrique piget? mihi Belus auorum 745
 Principium, mihi cognatum Sidonia Dido
 Nomen, et ante omnis bello numerandus Hamilcar
 Est genitor; mihi, cui cedunt montesque lacusque
 Et campi atque amnes, frater; me magna secundum
 Carthago putat Hannibali; me Baetis in oris 750
 Aequant germano passae mea proelia gentes.'
 Talia dum memorat, medios ablatus in hostis,
 Ut noua conspecti fulserunt consulis arma,
 Hastam praepropero nisu iacit. illa per oras
 Aerati clipei et loricae tegmina summo 755
 Incidit haud felix umero parceque petitum
 Perstrinxit corpus nec multo tincta cruento;
 Uana sed optanti promisit gaudia Poeno.
 Turbati Rutuli, confusaque pectora uisu
 Terrifico. tunc increpitans conamina consul: 760
 'Femineis laesum uana inter cornua corpus
 Unguis, aut palmis credas puerilibus ictum.
 Ite, docete, uiri, Romanae uulnra suerint

737 Rutilos Ch — uerterat V uerteret LFO 743 annis Ch
 744 nunc — nunc] num — num *Heinsius* 747 mirandus O
 belli memorandus uel Belo adnumerandus *Heinsius* 748 Est LV
 Et FO 750 baetis FO betis V bethis L 751 Aequat Ch
 752 ablatus OV ablatis LF 755 tegmine O 757 Prae-
 strinxit *Lefebure* 760 tunc LFV nunc O tum uulgo 761 uana
 inter cornua] u. i. carmina *Gronov* u. i. crimina uel uano
 conamine uel u. certamine *Dausqueius* uana inter iurgia *Liui-*
neius et Barth probb. Bentley et Blass, sed cf. cornua tollere
in aliquem, cornua sumere, c. obuertere alicui aliaque id genus
 763 docere S

Quanta afferre manus? Tum uero effunditur ingens
Telorum uis, et densa sol uincitur umbra. 765

Iamque per extentos alterna strage uirorum
Corpora fusa iacent campos, demersaque in undam
Iunxerunt cumulo crescente cadauera ripas.

Ut, cum uenatu saltus exerceat opacos
Dictynna et laetae praebet spectacula matri, 770

Aut Cynthi nemora excutiens aut Maenala lustrans,
Omnis Naiadum plenis comitata pharetris
Turba ruit, striduntque sagittiferi goryti.

Tum per saxa ferae perque ipsa cubilia fusae,
Per uallis fluuiosque atque antra uirentia musco 775
Multus strage iacent. exultat uertice montis
Gratam perlustrans oculis Latonia praedam.

Auditio ante alios senioris uulnere, rumpit
Per medios Nero saeuus iter, uisaque uirorum 779

Aequali pugna: 'Quid enim, quid deinde relictum est
Italiae fatis? hunc si non uincitis hostem,

Hannibalem uincetis?' ait. Ruit ocios amens
In medios; Tyriumque ducem inter prima frementem

Agmina ut aspexit, rabidi ceu belua ponti,
Per longum sterili ad pastus iactata profundo, 785

Cum procul in fluctu piscem male saucia uidit,
Aestuat et, lustrans nantem sub gurgite praedam,

Absorbet late permixtum piscibus aequor.
Non telo mora, non dictis. 'Haud amplius,' inquit,
'Elabere mihi. non hic nemora auia fallent' 790

Pyrenes, nec promissis frustrabere uanis,
Ut quondam terra fallax deprensus Hibera
Euasti nostram mentito foedere dextram.'

767 demersaque **Cm Ep. 10** diuersaque **O** 771 Cynthi
Schrader pindi **S** 773 ruunt **Cc Em. I. 6** (*T. p. 197*) —
striduntque sagittiferi coryti **Cm Ep. 10 et Cc Em. I. 6** 774 et
per ipsa **O** 775 antra] atra **S** 776 exulta **L** 777 Gratam
perlustrans **Cm et Co ll. ll. LF** Et latam perlustrans **OV** (*T. p. 224*)
780 est om. **O** 785 sterili pastus sectata *Blass* 788 late]
lete **LO** (*cf. XVI. 519*) lattae corr. in laetae **F** 1...**V** 792 de-
pressus **OV**

Haec Nero et intorquet iaculum; nec futilis ictus.
 Nam latere extremo cuspis librata resedit. 795
 Inuadit stricto super haec interritus ense
 Collapsique premens umbone trementia membra:
 'Si qua sub extremo casu mandata referri
 Germano uis forte tuo, portabimus,' inquit.
 Contra Sidonius: 'Leto non terreor ullo. 800
 Utere Marte tuo, dum nostris manibus adsit
 Actutum uindex. mea si suprema referre
 Fratri uerba paras, mando: Capitolia uictor
 Exurat cinerique Iouis permisceat ossa
 Et cineres nostros.' Cupientem annextere plura 805
 Feruentemque ira mortis transuerberat ense
 Et rapit infidum uictor caput. agmina fuso
 Sternuntur duce, non ultra fidentia Marti.
 Iamque diem solisque uias nox abstulit atra,
 Cum uires parco uictu somnoque reducunt; 810
 Ac, nondum remeante die, uicticia signa,
 Qua uentum, referunt clausis formidine castris.
 Tum Nero, procera sublimia cuspide portans
 Ora ducis caesi: 'Cannas pensauimus,' inquit,
 'Hannibal, et Trebiam et Thrasymenni litora tecum 815
 Fraterno capite. i, duplica nunc perfida bella
 Et geminas accerse acies. haec praemia restant,
 Qui tua tramissis optarint Alpibus arma.'
 Compressit lacrimas Poenus minuitque ferendo
 Constanter mala et inferias in tempore dignas 820
 Missurum fratri clauso commurmurat ore.
 Tum, castris procul amotis, aduersa quiete
 Dissimulans, dubia exclusit certamina Martis.

795 librata ChLF uibrata OV 802 Actutus OV 805 Ut s
 — annextere] aduertere V 809 uias S uices *uulgo* solisque
 iubar *Heinsius* 813 nero F uero LOV 816 i duplica]
 duplicita L — perfida] feruida O 822 auersa V 823 dubii
Heinsius

SILI ITALICI
P U N I C O R U M
LIBER SEXTUS DECIMUS.

Bruttia maerentem casus patriaeque suosque
Hannibalem accepit tellus. hic aggere saeptus
In tempus posita ad renouandum bella coquebat:
Abditus ut silua, stabulis cum cessit ademptis,
Amisso taurus regno gregis auia clauso 5
Molitur saltu certamina iamque feroci
Mugitu nemora exterret perque ardua cursu
Saxa ruit; sternit siluas rupesque lacescit
Irato rabidus cornu; tremit omnis ab alto
Prospectans scopulo pastor noua bella parantem. 10
Sed uigor, hausurus Latium, si cetera Marti
Adiumenta forent, praua obtrectante suorum
Inuidia, reuocare animos ac stare negata
Cogebatur ope et senio torpescere rerum.
Parta tamen formido manu et tot caedibus olim 15
Quaesitus terror uelut inuiolabile telis
Seruabant sacramque caput; proque omnibus armis
Et castrorum opibus dextrisque recentibus unum
Hannibal is sat nomen erat. tot dissona lingua
Agmina, barbarico tot discordantia ritu 20
Corda uirum mansere gradu, rebusque retusis
Fidas ductoris tenuit reuerentia mentes.
Nec uero Ausonia tantum se laetus agebat
Dardanidis Mauors; iam terra cedit Hibera

1 Bruttia V Bructia LF Bruccia O 4 cessit OV cessen LF
9 rabidus Ch LF rapidus OV 11 hausurus Ch OV ausurus LF,
sed in L h m. 1 supraser. 13 ac stare Liuineius et Gronov
agitare S — Inuidia reuocari (sc. coepit): animos agitare
negata C. o. Ruperti 15 olim deest in O 19 linguis Ruperti
21 retrusis OV

Auriferis tandem Phoenix depulsus ab aruis. 25
 Iam Mago, exutus castris, agitante pauore
 In Libyam propero tramisit caerula uelo.

Ecce aliud decus, haud uno contenta fauore,
 Nutribat Fortuna duci. nam concitus Hannon 30
 Aduentabat, agens crepitantibus agmina caetris
 Barbara, et indigenas serus raptabat Hiberos.
 Non ars aut astus belli uel dextera deerat,
 Si non Scipiadae concurreret. omnia ductor
 Magna adeo Ausonius maiori mole premebat:
 Ut Phoebe stellas, ut fratris lumina Phoeben 35
 Exuperant montisque Atlas et flumina Nilus,
 Ut pater Oceanus Neptunia caerula uincit.
 Uallantem castra — obscuro nam uesper Olympo
 Fundere non aequam trepidanti cooperat umbram —
 Aggreditur Latius rector, subitoque tumultu 40
 Caeduntur passim coepti munimina ualli
 Imperfecta. supercontexere herbida lapsos
 Pondera, et in tumuli concessit caespes honorem.

Uix uni mens digna uiro, nouisse minores
 Quam deceat pretiumque operis sit tradere famae. 45
 Cantaber ingenio membrorum et mole timeri
 Uel nudus telis poterat Larus. hic fera gentis
 More securigera miscebatur proelia dextra.
 Et, quamquam fundi se circum pulsa uideret
 Agmina, deleta gentilis pube cateruae, 50
 Caesorum implebat solus loca; seu foret hostis
 Comminus, expleri gaudebat uulnere frontis

28 uno Ch deest in S, sed in F paruo suprascr. et in
 marg. l.' primo (T. p. 233) 30 crepitantibus Cm' Ep. 19
 crepidantibus Ch (T. p. 211) 31 captabat O 32 deerat LO
 derat F (cf. XI. 38) V 33 omnia Cm l. l. omina V agmina
 uulgo 34 Magnum Heinsius 35 fratri S 36 athlas S
 — et Ch ut S 39 crepitanti OV — umbra S 42 super-
 contexere V super contexere LFO super texerunt Heinsius
 44 Uis OV 46 ingenti membrorum mole Heinsius 47 teli
 idem 49 postquam O — sese S

Aduersae; seu laeua acies in bella uocaret,
Obliquo telum reflexum Marte rotabat.
At, cum pone ferox auersi in terga ueniret
Uictor, nil trepidans retro iactare bipennem
Callebat, nulla belli non parte timendus. 55
Huic ducis inuicti germanus turbine uasto
Scipio contorquens hastam, cudone comantis
Disiecit crinis. namque altius acta cucurrit
Cuspis, et elata procul est ejecta securi.
At iuuenis, cui telum ingens accesserat ira,
Barbaricam assiliens magno clamore bipennem
Incutit. intremuere acies, sonuitque per auras
Pondere belligero pulsati tegminis umbo. 60
Haud impune quidem. remeans nam dextera ab ictu
Decisa est gladio ac dilecto immortua telo.
Qui postquam murus miseris ruit, agmina concors
Auertit fuga confestim dispersa per agros.
Nec pugnae species, sed poenae tristis imago 70
Illa erat, hinc tantum caedentum atque inde ruentum.
Per medios Hannon, palmas post terga reuinctus,
Ecce trahebatur lucemque — heu dulcia caeli
Lumina! — captiuus lucem inter uincla petebat.
Cui rector Latius: 'Tanta, en, qui regna reposcant, 75
Quis cedat toga et armiferi gens sacra Quirini,
Seruitio si tam faciles, cur bella refertis?'

Haec inter celerare gradum, coniungat ut arma,
Hasdrubalem ignarum cladis praenuntius affert
Explorator eques. raptat dux obuia signa 80
Ac, postquam optatam laetus contingere pugnam
Uudit et ad letum magno uenientia cursu.
Agmina, suspiciens caelum: 'Nil amplius,' inquit,

53 laeua] lata *Bothe* 54 refluxum *Ch* reflexus *Lefebure*
 55 Ac *L* — pone *Cm* *Ep. 19* — auersa *Heinsius* 60 crinis *OV*
trinis LF cristas *Blass* 61 reiecta *Heinsius* deiecta *Lefebure*
 67 dilecto] directo uel adducto *Heinsius* 68 censors *idem*
 71 caedentum *Ch* cedentum *LFV* cadentum *O* 75 en *OV*
heu LF 81 Ac *Ch* At *O* 83 nil *LF* nihil *OV*

' Uos hodie posco, superi. protraxtis ad arma
 Quod profugos, satis est. in dextra cetera nobis 85
 Uota, uiri; rapite, ite, precor. uocat ecce furentis
 Hinc pater, hinc patruus. gemina o mihi numina belli,
 Ducite, adeste; sequor. dignas spectabitis, aut me
 Praescia mens fallit, uestro iam nomine caedes.
 Nam quis erit tandem campis telluris Hiberae 90
 Bellandi modus? en umquam lucebit in orbe
 Ille dies, quo te armorum, Carthago, meorum
 Aspiciam sonitus admotaque bella trementem?'

Dixerat, et raucus stridenti murmure clangor
 Increpuit; tonuere feris clamoribus astra. 95
 Concurrunt; quantumque rapit uiolentia ponti
 Et Notus et Boreas et inexorabilis Auster,
 Cum mergunt plena tumefacta sub aequora classes;
 Aut cum letiferos accendens Sirius ignes,
 Torret anhelantem saeuis ardoribus orbem; 100
 Tantum acies hominumque ferox discordia ferro
 Demetit. haud ullus terrarum aequarit hiatus
 Pugnarum damna; aut strages per inhospita lustra
 Umquam tot dederit rabies horrenda ferarum.
 Iam campi uallesque madent, hebetataque tela. 105
 Et Libys occubuere et amantes Martis Hiberi.
 Stat tamen una loco perfossis debilis armis
 Luctaturque acies, qua concutit Hasdrubal hastam.
 Nec finem daret ille dies animosaque uirtus,
 Ni perlapsa uiro loricae tegmine harundo 110
 Et parco summum uiolasset uulnere corpus
 Suasissetque fugam. rapido certamina linquit
 In latebras euectus equo noctisque per umbram
 Ad Tartessiacos tendit per litora portus.

84 protraxtis Ch protractis S 85 profugos Ch 86 ite]
 ire Bothe 93 sonitus] tonitrus Heinsius — bella] tela Schrader
 97 It nothus L Edonus Bothe 103 aut] haud Lefebure
 109 illa ov 110 uiro Ch — tegmina Liuineius tegmen
 Dausqueius 111 uiolasset] libasset Heinsius 113 auectus
 Heinsius et Lefebure

Proximus in pugna ductori Marte manuque 115
 Regnator Nomadum fuerat; mox foedere longo
 Cultuque Aeneadum nomen Masinissa superbū.
 Huic fesso, quos dura fuga et nox suaserat atra,
 Carpenti somnos subitus rutilante coruscum
 Uertice fulsit apex, crispamque inuoluere uisa est 120
 Mitis flamma comam atque hirta se spargere fronte.
 Concurrunt famuli et serpentis tempora circum
 Festinant gelidis restinguere fontibus ignes.
 At grandaeua, deum praenoscens omina, mater: 125
 'Sic, sic, caelicolae; portentaque uestra secundi
 Condite,' ait. 'duret capiti per saecula lumen.
 Ne uero, ne, nate, deum tam laeta pauesce
 Prodigia aut sacras metue inter tempora flamas.
 Hic tibi Dardaniae promittit foedera gentis,
 Hic tibi regna dabit, regnis maiora paternis, 130
 Ignis et adiunget Latiis tua nomina fastis.'
 Sic uates, iuuenisque animum tam clara mouebant
 Monstra, nec a Poenis ulli uirtutis honores,
 Hannibal ipse etiam iam iamque modestior armis.
 Aurora obscuri tergebat nubila caeli 135
 Uixque Atlantiadum rubefecerat ora sororum:
 Tendit in Ausonios et adhuc hostilia castra.
 Atque, ubi se uallo intulerat, ductorque benigno
 Accepit Latius uultu, rex talibus infit:
 'Caelestum monita et sacrae responsa parentis 140
 Disque tua, o Rutulum rector, gratissima uirtus
 Auulsum Tyriis huc me duxere uolentem.
 Si tibi non segnes tua contra fulmina saepe

117 masinissa V massinissa LF massimissa O Masanissa
Dausqueius aliique 118 Hinc OV — dura] cruda *Heinsius*
 — fugae *Schrader* 123 restrigere OV 124 Ac S —
 omina V omnia LFO 125 Sic sic, ut ed. *Marsus*, LFV Sic O
 Sic sit *edd. pleraeque* 126 dure S 127 tam LF tum O tu V
 131 latiis OV latus LF — fastis Cm Ep. 74 fatis LOV fatus F
 134 armis] annis *Bentley* 136 sororum Cm Ep. 74 137 in S
 ad uulgo

Uisi stare sumus, dignam te, nate Tonantis,
 Afferimus dextram. nec nos aut uana subegit 145
 Incertae mentis leuitas et mobile pectus,
 Aut spes et laeti sectamur praemia Martis;
 Perfidiam fugio et periuram ab origine gentem.
 Tu, quando Herculeis finisti proelia metis,
 Nunc ipsam belli nobiscum inuade parentem. 150
 Ille tibi, qui iam gemino Laurentia lustro
 Possedit regna et scalas ad moenia Romae
 Admouet, in Libyam flammis ferroque trahendus.'
 Sic Nomadum ductor. tunc dextra Scipio dextram
 Amplexus: 'Si pulchra tibi Mauorte uidetur, 155
 Pulchrior est gens nostra fide. dimitte bilinguis
 Ex animo socios. magna hinc te praemia clarae
 Uirtutis, Masinissa, manent. citiusque uel armis,
 Quam gratae studio uincetur Scipio mentis.
 Cetera quae Libyam portari incendia suades, 160
 Expediet tempus. nec enim sunt talia rerum
 Non meditata mihi, et mentem Carthago fatigat.'
 Hinc iuueni dona insignem uelamine picto
 Dat chlamydem stratumque ostro, quem ceperat ipse
 Deiecto uictor Magone animique probarat, 165
 Cornipedem; tum, qua diuum libabat ad aras
 Hasdrubal, ex auro pateram galeamque comantem.
 Exin, firmato sociali foedere regis,
 Uertendas agitat iam nunc Carthaginis arces.
 Massylis regnator erat ditissimus oris 170
 Nec nudus uirtute Syphax; quo iura petebant
 Innumerae gentes extremaque litore Tethys.

145 nos **LO** uos **FV** 150 Nunc] Hanc *edd. nonnullae*
 Hinc *Liuineius* 151 tergeminus *Dausqueius* 157 hic
Liuineius — clarae **O** dare **LFV** 158 masinissa **FV** massi-
 nissa **LO** 159 gratae *Cm Ep. 19* 160 quae] quod *Blass*
 — Libyam **S** in Libyam *uulgo* Libyae *Heinsius* 163 uelamine]
 subtemine *Schrader* 165 animique *Cm Ep. 19 LF* auumque **OV**
 166 tum *Cm l. l.* 168 formato **OV**, sed in **V** i suprascr. —
 sociati *Heinsius prob. Ruperti* 171 quo] quem *Schrader*
 172 gentis **S**

Multa uiro terra ac sonipes et belua, terror
 Bellorum, nec non Marti delecta iuuentus.
 Nec foret, aut ebore aut solido qui unceret auro 175
 Gaetulisue magis fucaret uellus aenis.
 Has adiungere opes audius reputansque laborem,
 Si uertat rex ad Poenos, dare uela per altum
 Imperat atque animo iam tum Africa bella capessit.
 Uerum ubi peruentum, et portus tenuere carinae, 180
 Iam, trepida fugiens per proxima litora puppe,
 Hasdrubal afflictis aderat noua foedera quaerens
 Rebus et ad Tyrios Massylia signa trahebat.

Audito pariter populorum in regna duorum
 Aduenisse duces, qui tota mole laborent 185
 Disceptentque armis, terrarum uter imperet orbi,
 Celsus mente Syphax acciri in tecta benigne
 Imperat et tanto regni se tollit honore.
 Tum laetos uoluens oculos aduersa per ora,
 Sic Latium affatur iuuenem ac prior incipit ultro: 190
 'Quam te, Dardanide pulcherrime, mente serena
 Accipio intueorque libens! quamque ora recordor
 Laetus Scipiadae! reuocat tua forma parentem.
 Nam repeto, Herculeas Erythia ad litora Gades
 Cum studio pelagi et spectandis aestibus undae 195
 Uenissem, magnos uicina ad flumina Baetis
 Ductores miro quodam me cernere amore.
 Tum mihi dona uiri praeda delecta tulere,
 Arma simul regnoque meo tum cognita primum
 Cornipedum frena atque arcus, quis cedere nostra 200
 Nunc norunt iacula, et ueteris tribuere magistros

175 foret] fuit *Liuineius* — Nec tereti aut ebore *Heinsius*
 176 aenis **Cd** (*cf. VII. 642*) 179 *Africa* **Cm** *Ep. 19* 190 ac] 190 ac]
 et **L** 191 *dardanide* **S** *Dardanida uulgo* 194 *erythia* **LF**
erichia **OV** *Erythrea uel* *Erythraea uulgo* *Erithea* *Scaliger*
 196 *baetis* **FO** *betis* **L** *bethis* **V** (*cf. XV. 750*) 197 *quodam* **LF**
quondam **OV** 200 *Cornipedem* **S** 201 *Nunc norunt* *Schrader*
Non norunt **S** *Non nolint* *Gronov* *Iam uel* *Tum norant* *Blass*
 — *qui cedere nostro Non norint iaculo* *Heinsius* *qui cedere*
nostris Non norint iaculis *Lefebure*

Militiae, qui dispersas sine lege cateruas
Uestro formarent ritu ad certamina Martis.
Ast ego, cum contra, nostris quae copia regnis,
Nunc auri ferrem, niuei nunc munera dentis, 205
Nil ualui precibus. solos sibi cepit uterque,
Quos cohibebat ebur uaginae sectilis, enses.
Quare, age, laetus haue nostros intrare penatis
Ac, mea quando affert Libycum fortuna per undas
Ductorem, facili, quae dicam, percipe mente. 210
Et uos, qui Tyriae regitis Carthaginis arces,
Hasdrubal, huc aures, huc quaeso aduertite sensus.
Quanta per Ausonios populos torrentibus armis
Tempestas ruat et Latio suprema minetur,
Utque bibant Tyrium bis quinos saeuia per annos 215
Sicana nunc tellus, nunc litora Hibera cruorem,
Cui nescire licet? quin ergo tristia tandem
Considunt bella, et deponitis arma uolentes?
Tu Libya, tu te Ausonia cohibere memento.
Haud deformis erit uobis ad foedera uersis 220
Pacator mediusque Syphax.' Subiungere plura
Non passus, gentis morem arbitriumque senatus
Scipio demonstrat; uanique absistere coepti
Spe iubet et patres docet haec expendere solos.
Suadendi modus hic; quodque est de parte diei 225
Exacti super, ad mensas et pocula uertunt.
Atque, epulis postquam finis, dant corpora somno
Et dura in noctem curarum uincula soluunt.
Iamque nouum terris pariebat limine primo
Egrediens Aurora diem, stabulisque subibant 230

204 contra *Withof* nostra **LFO** uestra **V** uestro *edd.* *non-*
nullae — nostris **S** in nostris *uulgo* 208 haue **Ch** habe **S**
(cf. I. 61) habes *Ruperti* ames *uel* ades *Blass* 209 affert
Cm *Ep. 74 LF* abest **OV** (*T. p. 220. 225*) 212 huc **OV** hinc **LF**
213 torrentibus **S** torrentibus *Bothe* horrentibus *nos* 215 ter
quinos *Dausqueius* (*cf. u. 151*) 223 uanique **ChF** namque **LO**
nanque **V**, *unde* namque illum *uulgo* iamque illum *Liuiteius*
aliique 226 *Exacta S* 229 limine *Cm Ep. 19 lumine S*

Ad iuga solis equi, necedum ipse ascenderat axem,
 Sed prorupturis rutilabant aequora flammis:
 Exigit e stratis corpus uultuque sereno
 Scipio contendit Massyli ad limina regis.

Illi mos patrius fetus nutrire leonum 235

Et catulis rabiem atque iras expellere alendo.

Tum quoque fulua manu mulcebat colla iubasque
 Et fera tractabat ludentum interritus ora.

Dardanium postquam ductorem accepit adesse,
 Induitur chlamydem, regnique insigne uetusti 240

Gestat laeua decus; cinguntur tempora uitta
 Albente, ac lateri de more astringitur ensis.

Hinc in tecta uocat, secretisque aedibus hospes
 Sceptrifero cum rege pari sub honore resident.

Tum prior his infit terrae pacator Hiberae: 245

'Prima mihi, domitis Pyrenes gentibus, ire.

Ad tua regna fuit properantem et maxima cura,

O sceptri uenerande Syphax. nec me aequore saeuus
 Tardauit medio pontus. non ardua regnis

Quaesumus aut inhonora tuis: coniunge Latinis 250

Unanimum pectus sociusque accede secundis.

Non tibi Massyliae gentes extentaque tellus

Syrtibus et latis proauita potentia campis

Amplius attulerint decoris, quam Romula uirtus

Certa iuncta fide et populi Laurentis honores. 255

Cetera quid referam? non ullus scilicet ulli

Aequus caelicolum, qui Dardana laeserit arma.'

Audiuit laeto Massylus et annuit ore

Complexusque uirum: 'Firmemus prospera,' dixit,

'Omina, nec uotis superi concordibus absint, 260

Cornigerumque Iouem Tarpeiumque ore uocemus.'

Et simul extractis caespes surrexerat aris;

233 Eredit *Blass* — e] a F. 235 nutrire ChS nutrisse
uulgo 241 uitta] uicta s 244 Sceptrifero LF Sceptrigero ov
 252 praetentaque *Heinsius* 255 iuncta Cm Ep. 14 LF
inuicta OV — honores Cm l. l. 260 Omina LV Omnia FO

- Uictimaque admotae stabat subiecta bipenni,
 Cum subito abruptis fugiens altaria taurus
 Exiluit uinclus mugituque excita late 265
 Impleuit tecta et, fremitu suspiria rauco
 Congeminans, trepida terrorem sparsit in aula.
 Uittaque, maiorum decoramen, fronte sine ullo
 Delapsa attactu, nudauit tempora regis.
- Talia caelicolae casuro tristia regno 270
 Signa dabant, saeuique aderant grauia omina fati.
 Hunc fractum bello regem solioque reuulsum,
 Tempus erit, cum ducet agens ad templa Tonantis,
 Qui tunc orabat socialia foedera supplex.
- His actis repetit portum puppesque secundo 275
 Dat uento et notis reddit se Scipio terris.
- Concurrere auidae gentes, uariosque subacta
 Pyrene misit populos. mens omnibus una;
 Concordes regem appellant regemque salutant;
 Scilicet hunc summum norunt uirtutis honorem. 280
 Sed, postquam miti reiecit munera uultu,
 Ausonio non digna uiro, patriosque uicissim
 Edocuit ritus et Romam nomina regum
 Monstrauit nescire pati, tum uersus in unam,
 Quae restat, curam, nullo super hoste relicto, 285
 Et Latios simul et uulgum Baetisque Tagique
 Conuocat ac medio in coetu sic deinde profatur:
 'Quando ita caelicolum nobis propensa uoluntas
 Annuit, extremo Libys ut deiectus ab orbe
 Aut his occideret campis, aut, axe relicto 290
 Hesperio, patrias exul lustraret harenas:

265 *Exiliit* **OV** 267 *Congeminans* *Liuineius* et *Gronov*
Congeminant **S** 268 *Uictaque* **S** (*cf. u. 241*) 272 *Hunc* **LF**,
ut coni. *Gronov* *Hinc* **O**, *quod prob.* *Ruperti* *Hic* **V**, *ut coni.*
Liuineius 277 *Concurrere* **Ch** 278 *mens* **LF** en **OV** 280 *norant*
Drakenborch 286 *E* *Latios* *simul* *et u.* *Gronov* — *baetisque* **L**
beatisque **F** *bethisque* **OV** (*cf. u. 196*) 290 *occideret* **LOV**
accideret **F** *excidet* **Ch** *prob.* *Lefebure* *occiderit et* 291 *lustrarit*
Heinsius

Iam uestra tumulos terra celebrare meorum
 Est animus pacemque dare exposcentibus umbris.
 Mente fauete pari atque aures aduertite uestras.
 Septima cum solis renouabitur orbita caelo, 295
 Quique armis ferroque ualent, quique arte regendi
 Quadriugos pollent currus, quis uincere planta
 Spes est, et studium iaculis impellere uentos,
 Adsint ac pulchrae certent de laude coronae.
 Praemia digna dabo, e Tyria spolia incluta praeda, 300
 Nec quisquam nostri discedet muneris expers.
 Sic donis uulgum laudumque cupidine flammat.

Iamque dies praedicta aderat, coetuque sonabat
 In numero campus, simulatasque ordine iusto
 Exequias rector lacrimis ducebat abortis. 305
 Omnis Hiber, omnis Latio sub nomine miles
 Dona ferunt tumulisque super flagrantibus addunt.
 Ipse, tenens nunc lacte, sacro nunc plena Lyaeo
 Pocula, odoriferis aspergit floribus aras.
 Tum manis uocat excitos laudesque uirorum 310
 Cum fletu canit et ueneratur facta iacentum.
 Inde refert sese circo et certamina prima
 Inchoat ac rapidos cursus proponit equorum.
 Fluctuat aequoreo fremitu rabieque fauentum,
 Carceribus nondum reseratis, mobile uulgas 315
 Atque fores oculis et limina seruat equorum.

Iamque, ubi prolato sonuere repagula signo,
 Et toto prima emicuit uix ungula cornu,
 Tollitur in caelum furiali turbine clamor.

292 uestra OV nostra LF 293 Est] Fert *Heinsius*
 294 fauere S — nostras O 299 ac] et OV 300 Praemia V
 Prima LFO — e *Liuiueius* et S 304 similatasque *Ruperti*
(cf. II. 553) 305 abortis OV 309 floribus] roribus *Heinsius*
 311 canit et ueneratur *Barth* cantet ueneratur LFO cantet et
 uen. V caneret uen. Ch canere et uenerari *Heinsius* 313 ac]
 et V 314 aequoreo] aequato *Heinsius* interea uel incerto
Schrader 316 lumina OV 318 toto] moto *Heinsius* —
 cornu] curru *Schrader*, sed cf. *Verg. Ge. III. 88*

- Pronique ac similes certantibus ore secuntur 320
 Quisque suos currus magnaue uolantibus idem
 Uoce locuntur equis. quatitur certamine circus
 Certantum, ac nulli mentem non abstulit ardor.
 Instant praecipites et equos clamore gubernant.
 Fuluus, harenosa surgens tellure, sub auras 325
 Erigitur globus atque operit caligine densa
 Cornipedumque uias aurigarumque labores.
 Hic studio furit acris equi, furit ille magistri.
 Hos patriae fauor, hos accedit nobile nomen
 Antiqui stabuli. sunt, quos spes grata fatiget 330
 Et noua ferre iugum ceruix. sunt, cruda senectus
 Quos iuuet et longo sonipes spectatus in aevo.
 Euolat ante omnis rapidoque per aera curru
 Callaicus Lampon fugit atque ingentia tranat
 Exultans spatia et uentos post terga relinquit. 335
 Conclamant plausuque fremunt uotique peractam
 Maiorem credunt praerepto limite partem.
 At, quis interior cura et prudentia circi
 Altior, effusas primo certamine uires
 Damnare et cassis longe increpitare querelis 340
 Indispensato lassantem corpora nisu:
 'Quo nimius, quo, Cyrne, ruis? — nam Cyrnus agebat —
 Uerbera dimitte et reuoca moderatus habenas.'
 Heu surdas aures! fertur securus equorum
 Nec meminit, quantum campi decurrere restet. 345
 Proximus, a primo distans, quantum aequore currus
 Occupat ipse, loci tantum; sed proximus ibat

320 certantibus] agitantibus *Bentley* 321 cursus Ch
 322 locuntur LF loquuntur OV — certamine] conamine *Bothe*
 323 Certantum] Hortantum *Bentley et Ruperti*, qui et caeden-
 tum coni. 324 praecipites *Modius aliique praeceptis S, quod*
prob. Bentley 333 raptoque *Heinsius* — aera] aequora
Schrader — curru ChLF cursu OV 334 Lampo Ch 337 praee-
 repto LFV pracepto O — pracepto limine *Heinsius* 339 uires
Cm Ep. 19 342 nimius] minus LFO minus V — Cyrne]
 crine L cryne F cerne OV — ruit S — Cyrnus] crinus LFV
 crinis O

Astur Panchates; patrum frons alba nitebat
 Insigne et patrio pes omnis concolor albo;
 Ingentes animi, membra haud procera decusque 350
 Corporis exiguum, sed tum sibi fecerat alas
 Concitus atque ibat campo indignatus habenas.
 Crescere sublimem atque augeri membra putares.
 Cinyphio rector coco radiabat Hiberus.

Tertius aequata currebat fronte Peloro 355
 Caucasus. ipse asper, nec qui ceruicis amaret
 Applausae blandos sonitus clausumque cruento
 Spumeus admorsu gauderet mandere ferrum.
 At, docilis freni et melior parere, Pelorus
 Non umquam effusum sinuabat deuius axem; 360
 Sed laevo interior stringebat tramite metam.
 Insignis multa ceruice et plurimus idem
 Ludentis per colla iubae; mirabile dictu,
 Nullus erat pater: ad Zephyri noua flamina campis
 Uettonum eductum genetrix effuderat Harpe. 365
 Nobilis hunc Durius stimulabat in aequore currum;
 Caucasus antiquo fidebat Atlante magistro.
 Ipsum Aetola, uago Diomedi condita, Tyde
 Miserat; exceptum Troiana ab origine equorum
 Tradebant, quos Aeneae Simoentos ad undas 370

348 panchates **LF** pauchatos **O** pauchates **V** 349 pes
 summus *Gronov* 351 tum] enim *Heinsius* 354 cocco
Cm Ep. 74 LF toto **OV**, sed in **V** m. 2 *supraser.* coccho
 354. 355 uerba Hiberus — currebat, quae desunt in **S**, in-
seruere Cm Ep. 74 et Cc Em. I. 17 (*T. p. 173. 225. 238. 240*)
 356 Caucasus *Cm l. l.* Caufasus **LF** Camphasus **O** Cauphasus **V**
 357 clausumque] rosunque uel rasumque *Heinsius* 358 Spu-
 meus *Cm l. l.* 360 sinuabat **LF** fumabat **OV** 364 Nullus
 erat pater. ad *Cm l. l. LF* pater deest in **OV** (*T. p. 224*)
 365 Uettonum **F** Uectonum **LOV** (*cf. III. 378*) — harpe **OV**
 arpe **L** alpe **F** 367 Caucasus *Cm l. l. S* (*cf. u. 356*) —
 fidebat **OV** sidebat **LF** — magistro *Cm l. l.* 368 Tyde]
tibe LF tibe OV — Ipsumque Aetolo Diomedi c. Tinde *Sal-*
masius et Gronov 370 Tradebant **Ch** tadebant **F** Cadebant **LOV**
(T. p. 230) — simoentos **L** simoentis **F** simeuntis **O** simeontis **V**

Uictor Tydides magnis abduxerat ausis.
 Iamque, fere medium euecti certamine campum,
 In spatia addebat; nisusque apprendere primos
 Panchates animosus equos, super altior ire
 Et praecedentem iam iamque ascendere currum 375
 Pone videbatur, curuatisque ungula prima
 Callaicum quatiens pulsabat calcibus axem.

At postremus Atlas, sed non et segnior ibat
 Postremo Durio; pacis de more putares
 Aequata fronte et concordi currere freno. 380
 Sensit ut exhaustas, qui proximus ibat, Hiberus
 Callaicas Cyrni uires, nec, ut ante, salire
 Praecipitem currum, et fumantis uerbere cogi
 Assiduo uiolenter equos, ceu monte procella
 Cum subita ex alto ruit, usque ad colla repente 385
 Cornipedum protensus et in capita ardua pendens,
 Concitat ardensem, quod ferret lora secundus,
 Panchatem uocesque addit cum uerbere mixtas:
 'Tene, Astur, certante feret quisquam aequore palmam
 Erepto? consurge, uola, perlabere campum 390
 Assuetis uelox pennis. decrescit anhelo
 Pectore consumptus Lampon; nec restat hianti,
 Quem ferat ad metas, iam spiritus.' Haec ubi dicta,
 Tollit se sonipes, ceu tunc e carcere primo
 Corriperet spatum, et nitentem opponere curuos 395
 Aut aequare gradus Cyrnum post terga relinquit.
 Confremit et caelum et percussus uocibus altis
 Spectantum circus. fertur sublime per auras
 Altius attollens ceruicem uictor ouantem
 Panchates sociosque trahit prior ipse iugalis. 400

At postremus Atlas, Durius postremus in orbem

373 In spatio ChS, sed cf. Verg. Ge. I. 513 — addebat L —
 uisusque OV 374 equos] aeques F 379 durio LF claro OV
 Durius Liuineius 381 ut Cm Ep. 19 et O 382 Cyrni Cm l.l. L
 erini F cerni OV (T. p. 226) 388 Panchatem LO Pancatem F
 Pauchatem V 393 Qui ferat Lefebure 396 crynum L
 cyrimum F currum OV — terga] regna L 398 circum OV

Exercent artis; laeuos nunc appetit ille
 Conatus, nunc ille premit certatque subire
 Dexter, et alterni nequicquam fallere tentant:
 Donec, confisus primaeuae flore iuuentae, 405
 Obliquum Durius conuersis pronus habenis
 Opposuit currum atque euersum propulit axem
 Atlantis senio inualidi, sed iusta querentis:
 'Quo ruis? aut quinam hic rabidi certaminis est mos?
 Et nobis et equis letum commune laboras.' 410
 Dumque ea proclamat, perfracto uoluitur axe
 Cernuus, ac pariter fusi, miserabile, campo
 Discordes sternuntur equi; quatit aequore aperto
 Lora suis uictor, mediaque Pelorus harena
 Surgere nitentem fugiens Atlanta reliquit. 415
 Nec longum Cyrni defessos prendre currus.
 Hunc quoque, cunctantem et sero moderamina equorum
 Discentem, rapido praeteruolat incitus axe;
 Impellit currum clamor uocesque fauentum. 419
 Iamque etiam dorso atque umeris trepidantis Hiberi
 Ora superposuit sonipes, flatusque uapore
 Terga premi et spumis auriga calescere sentit.
 Incubuit campo Durius misitque citatos
 Uerbere quadrupedes, nec frustra: aequare uidetur,
 Aut etiam aequauit iuga praecedentia dexter. 425
 Attonitus tum spe tanta: 'Genitore, Pelore,
 Te Zephyro eductum nunc nunc ostendere tempus.
 Discant, qui pecudum ducunt ab origine nomen,
 Quantum diuini praecellat seminis ortus.
 Uictor dona dabis statuesque altaria patri.' 430
 Et, ni successu nimio laetoque pauore
 Proditus elapso foret inter uerba flagello,

402. 403 laeuo — conatu *Heinsius* 406 pronus] premis L
 412 Cernuus L Cernius F Germnus O Gerimus V 414 peloros L
 415 relinquit *edd. nonnullae* 416 cyrni L cyrin F cirrin OV
 417 Hunc V Nunc LFO 420 atque LF ac O et corr. in at V
 426 peloro S 431 ni] tu S — fauore *Gronov*

- Forsan sacrasset Zephyro, quas uouerat, aras.
 Tum uero infelix, ueluti delapsa corona
 Uictoris capiti foret, in se uersus ab ira, 435
 Auratam medio discindit pectore uestem,
 Ac lacrimae simul et questus ad sidera fusi.
 Nec iam subducto parebat uerbere currus.
 Pro stimulis dorso quatuntur inania lora.
- Interea metis, certus iam laudis, agebat 440
 Sese Panchates et praemia prima petebat
 Arduus. effusas lenis per colla, per armos
 Uentilat aura iubas; tum, mollia crura superbi
 Attollens gressus, magno clamore triumphat.
 Par donum solido argento caelata bipennis 445
 Omnibus, at uario distantia cetera honore.
 Primus equum uolucrem, Massyli munera regis
 Haud spernenda, tulit; tulit hinc uirtute secundus
 E Tyria, quae multa iacet, duo pocula, praeda,
 Aurifero perfusa Tago. uillosa leonis 450
 Terga feri et cristis horrens Sidonia cassis
 Tertius inde honor est; postremo munere Atlantem,
 Quamuis perfracto senior subsederat axe,
 Accitum donat ductor, miseratus et aeuum
 Et sortem casus. famulus florente iuuenta 455
 Huic datur, adiuncto gentilis honore galeri.
 His actis ductor laeta ad certamina plantae
 Inuitat positisque accedit pectora donis:
 'Hanc primus galeam — hac acies terrebat Hiberas
 Hasdrubal —; hunc ensem, cui proxima gloria cursus,
 Accipiet; caeso pater hunc detraxit Hyempsae. 461
 Tertius extremam tauro solabere palmam.

433 nouerat **S** 439 patiuntur **OV** 440 certis **S**
 442 leuis **S** — **āmos F** amos **L** annos **OV** 446 at **Ch** ac **S**
 448 hinc **S** huic *edd. nonnullae* 452 est] et **O**, unde honor;
 et p. *edd. pleraeque* — at uel ast *Heinsius*, quod prob. *Ruperti*
 — Atlantem *Liuiueius* athlantis **S** Atlanta *Heinsius* 454 Acci-
 tum **Cm Ep. 55** Acritum **O** 456 Hinc **S** 460 cursus
Cm l. l. LF currus **OV**

Cetera contenti discedent turba duobus
 Quisque ferox iaculis, quae dat gentile metallum.⁴⁶³
 Fulgentes pueri Tartessos et Hesperos ora 465
 Ostendere simul uulgi clamore secundo.
 Hos Tyria misere domo patria inclita Gades.
 Mox subit, aspersus prima lanugine malas,
 Baeticus; hoc dederat puero cognomen ab amne
 Corduba et haud paruo certamina laeta fouebat. 470
 Inde, comam rutilus, sed cum fulgore niuali
 Corporis, impleuit caueam clamoribus omnem
 Eurytus; excelso nutritum colle crearat
 Saetabis, atque aderant trepidi pietate parentes.
 Tum Lamus et Sicoris, proles bellacis Ilerdae, 475
 Et Theron, potator aquae, sub nomine Lethes
 Quae fluit, immemori perstringens gurgite ripas.
 Qui postquam, arrecti plantis et pectora proni
 Pulsantesque aestu laudum exultantia corda,
 Accepere tuba spatium, exiluere per auras 480
 Ocius effusis neruo exturbante sagittis.
 Diuersa et studia et clamor, pendentque fauentes
 Unguis atque suos, ut cuique est gratia, anheli
 Nomine quemque cinct. grex inclitus aequore fertur,
 Nullaque tramsissa uestigia signat harena. 485
 Omnes primaeui flauentiaque ora decori,
 Omnes ire leues atque omnes uincere digni.
 Extulit, incumbens medio iam limite, gressum

463 discedens Ch 465 tarcessos S 467 inclita O▼
 indita LF 468 hunc uersum, qui deerat in nonnullis edd.,
 inser. Cm Ep. 55 — Nox LFV Nos O — aspersus S Asperus
 Cm l. l. 469 puero] patrio Heinsius 470 paruo certamina
 Cm l. l. parto certamine S parce certamina Modius parco cer-
 tamine uulgo, quod prob. Barth — certamina] conamina
 Schrader 471 uulgere S 473 Euritus S 474 Saecabis O
 — atque om. O 475 lamus F lanius LO lanus (nus m. 2
 in lacuna) V 480 tubae signum uel t. sonitum Schrader
 483 Unguis] Uocibus Heinsius Auribus Liuineius — haneli FO
 484 inclitus] incitus Heinsius 486 florentiaque Bothe 488 Et
 tulit S

Eurytus et primus breuibus, sed primus, abibat
 Praecedens spatiis. instat non segnus acer 490
 Hesperos ac prima stringit uestigia planta
 Praegressae calcis. satis est huic esse prior;
 Huic sperare sat est fieri se posse priorem.
 Acrius hoc tendunt gressus animique uigore
 Corpora agunt. auget pueris labor ipse decorum. 495
 Ecce, leui nisu postremoque agmine currens,
 Postquam sat uisus sibi concepisse uigoris,
 Celsus inexhaustas effundit turbine uires
 Non expectato subitusque erumpit et auras
 Praeuehitur Theron. credas Cylleida plantam 500
 Aetherio nexit cursu talaribus ire.
 Iamque hos iamque illos, populo mirante, relinquit
 Et, modo postremus, nunc ordine tertia palma,
 Hesperon infestat sua per uestigia pressum.
 Nec iam, quem sequitur tantum, sed prima coronae 505
 Spes trepidat tantis uenientibus Eurytus alis.
 Quartus sorte loci, sed, si tres ordine seruent
 Inceptos cursus, nequicquam uana laborans,
 Tartessos fratrem medio Therone premebat.
 Nec patiens ultra tollit sese aequore Theron 510
 Igneus et plenum praeteruolat Hesperon irae.
 Unus erat super, et metae propioribus aegros
 Urebat finis stimulis; quascumque reliquit
 Hinc labor, hinc penetrans pauor in praecordia uires,
 Dum sperare licet, breuia ad conanima uterque 515

489 Euritus Chs Eurythus uulgo 492 Praegressae, *ut coni.* Liuineius, LF Progressae OV — huic V hinc LFO — isse Heinsius 493 Hinc S 496 uisu OV — currens Cm Ep. 55 currus O 497 uisu Cm l. l. F ex corr. nisu L uisu OV 499 et auras, *ut coni.* Liuineius, ChL et aucas F ad auras OV 500 theron O 505 quem sequitur] consequitur Heinsius 506 tantis euentibus Eur. ales uel tactus uenientibus E. alis Heinsius tantis conterritus E. alis Wihof — uenientibus] fortasse urgentibus — eurutus LV eurictus F euritus O 509 therona S 513 finis] limes Heinsius

- Aduocat. aequantur cursus, pariterque ruebant.
 Et forsan gemina meruissent praemia palma,
 Peruecti simul ad metas, ni, terga secutus
 Theronis, fusam late per lactea colla
 Hesperos ingenti tenuisset saeuus ab ira 520
 Traxissetque comam. tardato laetus ouausque
 Eurytus euadit iuuene atque ad praemia uictor
 Emicat et galeae fert donum insigne coruscae.
 Cetera promisso donata est munere pubes
 Intonsasque comas uiridi redimita corona 525
 Bina tulit patrio quatiens hastilia ferro.
- Hinc grauiora uirum certamina, comminus ensis
 Destrictus bellique feri simulacra cientur.
 Nec, quos culpa tulit, quos crimina noxia uitae,
 Sed uirtus animusque ferox ad laudis amorem, 530
 Hi creuere pares ferro; spectacula digna
 Martigena uulgo suetique laboris imago.
 Hos inter gemini — quid iam non regibus ausum?
 Aut quod iam regni restat scelus? — impia circo
 Innumero fratres, cauea damnante furorem, 535
 Pro sceptro armatis inierunt proelia dextris.
 Is genti mos dirus erat; patriumque petebant
 Orbati solium lucis discrimine fratres.
 Concurrere animis, quantis configere par est,
 Quos regni furor exagitat; multoque cruento 540
 Exsatiata simul portantes corda sub umbras
 Occubuere. pari nisu per pectora adactus
 Intima descendit mucro; superaddita saeuis
 Ultima uulneribus uerba; et, conuicia uoluens,

516 aequatur *Marsus aliique* 518 *ni] in S, sed in F ni m. 2 suprascr.* 519 *lete O* (*cf. XV. 788*) 522 *Eurytus L et F ex corr. Euritus OV* — *ad praemia Cm Ep. 55* 529 *crimine noxia uita Heinsius* 531 *Hys O* *Hic Heinsius* — *Discreuere Barth* 533 *Hos] Quos Heinsius* — *quidnam et 534 quodnam idem* — *quod V quoque LFO* 537 *durus F* 539 *animis V animus F animus L animas O* 540 *multumque Heinsius*

Dirus in inuitas effugit spiritus auras. 545
 Nec manes pacem passi. nam corpora iunctus
 Una cum raperet flamma rogos, impius ignis
 Dissiluit, cineresque simul iacuisse negarunt.
 Cetera distincto donata est munere turba,
 Ut uirtus et dextra fuit. duxere iuuencos, 550
 Impressis dociles terram proscindere aratris;
 Duxere assuetos lustra exagitare ferarum
 Uenatu iuuenes, quos dat Maurusia praeda.
 Necnon argenti necnon insignia uestis
 Captiuae pretia et sonipes et crista nitenti 555
 Insurgens cono, spolia exuuiaeque Libyssae.

Tum iaculo petiere decus, spectacula circi
 Postrema, et metae certarunt uincere finem
 Burnus auis pollens, quem misit ripa metalli,
 Qua Tagus auriferis pallet turbatus harenis; 560
 Et Glagus, insignis uentos anteire lacerto;
 Et, cuius numquam fugisse hastilia cerui
 Praerapida potuere fuga, uenator Aconteus,
 Indibilisque, diu laetus bellare Latinis,
 Iam socius; uolucresque uagas deprendere nube 565
 Assuetus iaculis, idem et bellator, Ilerdes.
 Laus Burni prima, infixit qui spicula metae;
 Est donum serua, albentis inuertere lanas
 Murice Gaetulo docta. at, quem proxima honorant
 Praemia, uicinam metae qui propulit hastam, 570

545 inuisas *Blass* 546 iunctus *Cm Ep. 55 F0* uinctus *LV*
 iuncta ed. *Basil. 1522 aliaeque* 547 flamمام *S* 555 *hactenus*
Coloniensis liber, qui hinc usque ad finem mutilus erat — nitenti]
rubenti Schrader 559 *Burnus F Burinis LV Burius O Burrus*
ulgo — Burnus, agris p. qu. etc. Hoeufft in Peric. crit. ed. 1808 —
ripa, metallis Qua — harenas Bothe 562 *cerui V cerni LFO*
 564 *Ludibilisque S Missilibusque D. Heinsius* 565 *uolucrisque*
uagam nubem Heinsius 567—571 *desunt in O* (*T. p. 219. 240*)
 567 *burni F burin L buryn V — metae] mente LFV* 568 *Est,*
ut coni. Scaliger et Barth, V Et LF 569 *honorant LFV —*
ad quem proxima honore Pr. Lefebure ex cod. Put. at cui pr.
honore Heinsius 570 *metae] mente LFV* (*cf. u. 567*) — *prepulit L*

Accepto laetus puer discessit Ilerdes,
 Cui ludus, nullam cursu non tollere dammam.
 Tertia palma habuit geminos insignis Aconteus
 Nec timidos agitare canes latratibus aprum. 574

Quos postquam clamor plaususque probauit honores,
 Germanus ducis atque effulgens Laelius ostro
 Nomina magna uocant laeti manesque iacentum
 Atque hastas simul effundunt. celebrare iuuabat
 Sacratos cineres atque hoc decus addere ludis.
 Ipse etiam, mentis testatus gaudia uultu, 580
 Ductor, ut aequauit meritis pia pectora donis,
 Et frater thoraca tulit multiplicis auri,
 Laelius Asturica rapidos de gente iugales,
 Contorquet magnis uictricem uiribus hastam
 Consurgens umbrisque dari testatur honorem. 585
 Hasta uolans, mirum dictu, medio incit acampo
 Substitit ante oculos et terrae infixa cohaesit:
 Tum subitae frondes celsoque cacumine rami
 Et — latam spargens quercus, dum nascitur, umbram.
 Ad maiora iubent praesagi tendere uates 590
 Id monstrare deos atque hoc portendere signis.

Quo super augurio, pulsis de litore cunctis
 Hesperio Poenis, ulti patriaeque domusque
 Ausoniam repetit, fama ducente triumphum.
 Nec Latium curis ardet flagrantius ullis, 595
 Quam iuueni Libyam et summos permittere fasces.
 Sed non par animis nec bello prospera turba

585 testatus O 589 Et] Est Barth (*cf. u. 568*) Fit Burmann — dum] tum Bothe — noscitur OV (*unde fortasse iam noscitur scribendum*) — dum nascitur] subnascitur Schrader — rami En latam spargunt, quercus dum nascitur, u. Lefebure — Latam spargentes, qu. d. n., u. uel Tum subitas frondes c. c. ramos Fert latam spargens qu., d. n., u. Withof 591 portendere LF praetendere O pretendere V — signi uel signo Heinsius et Burmann 594 fama uel palma addicente Heinsius — f. donante Withof f. uincente uel ludente Blass — triumphum] curulem Ruperti 597 non par LFV (*in V par m. 2 in lacunam insertum*) deest in O frigens edd. fere omnes frigens annis Liuineius

Ancipiti senior temeraria copta uetabant
Magnosque horrebant cauta formidine casus.

Ergo, ubi delato consul sublimis honore 600
Ad patres consulta refert, deturque potestas,
Orat, delendae Carthaginis, altius orsus
Hoc grandaeua modo Fabius pater ora resolut:
'Haud equidem metuisse queam, satiatus et aeui
Et decoris, cui tam superest et gloria et aetas, 605
Ne credit nos inuidiae certamine consul
Laudibus obtrectare suis. satis inclita nomen
Gestat fama meum, nec egent tam prospera laude
Facta noua; uerum et patriae, dum uita manebit,
Deesse nefas animumque nefas scelerare silendo. 610
Bella noua in Libya moliris ducere terras?
Hostis enim deest Ausoniae; nec uincere nobis
Est satis Hannibalem. petitur quae gloria maior
Litore Elissaeo? stimuli si laudis agunt nos,
Hanc segetem mete. composuit propioribus ausis 615
Dignum te Fortuna parem. uult Itala tellus
Ductoris saeui, uult tandem, haurire cruentem.
Quo Martem aut quo signa trahis? restinguere primum est
Ardentem Italiam. tu fessos auius hostis
Deseris ac septem denudas proditor arces. 620
An, cum tu Syrtim ac sterilis uastabis harenas,
Non dira illa lues notis iam moenibus urbis
Assiliet? uacuumque Iouem sine pube, sine armis
Inuadet? quanti, ut cedas Romamque relinquas,
Emerit! — et tanto percussi fulmine belli 625

603 resoluet **S**, sed in **F** i suprascr. 604 sociatus **OV**
605 tam] iam *Heinsius* 607 inclita **OV** indita **LF** (cf. u. 467)
610 Desse **FOV** 612 dest **FV** — ausoniae **V** ausonia **LFO**
614 uos *Schrader et Blass* 615 ausis] ausu *Barth* oris *Schrader*
619 auius, ut coni. *Heinsius*, **LF** obuius **OV** — tu fessos, obuius
hosti, Deseris *Lefebure* 621 ac] et **V** — uastabis] lustrabis
van *Veen* 622 notae *Heinsius* 624 credas **OV**
624. 625 quanti est, ut eas R. r. Emerito? ac tanti *D. Heinsius*
et *Dausqueius* quanti est, cedas R. r. Emerito? ah! tanti

Sicine te, ut nuper Capua est accitus ab alta
Fuluius, aequoreis Libyae reuocabimus oris?
Uince domi et trinis maerentem funera lustris
Ausoniam purga bello. tum tende remotos
In Garamantas iter Nasamoniacosque triumphos 630
Molire. angustae prohibent nunc talia copta
Res Italae. pater ille tuus, qui nomina uestrae
Addidit haud segnis genti, cum consul Hiberi
Tenderet ad ripas, reuocato milite primus
Descendentि auide superatis Alpibus ultro 635
Opposuit sese Hannibali. tu consul abire
A uictore paras hoste atque auellere nobis
Scilicet hoc astu Poenum? si deinde sedebit
Impauidus nec te in Libyam tuaque arma sequetur,
Capta damnabis consulta improuida Roma. 640
Sed fac turbatum conuertere signa tuaeque
Classis uela sequi. nempe idem erit Hannibal, idem,
Cuius tu uallum uidisti e moenibus urbis.
Haec Fabius; seniorque manus paria ore fremebat.

Tum contra consul: 'Caesis ductoribus olim 645
Magnanimis gemino leto, cum tota subisset
Sidonium possessa iugum Tartessia tellus,
Non Fabio, non, quis eadem est sententia cordi,
Quoquam ad opem uerso, fateor, primoribus annis
Excepi nubem belli solusque ruenti 650
Obieci caelo caput atque in me omnia uerti.
Tum grandaeua manus puero male credita bella,

Liuineius quanti est, cedas R. r. Emerito? ast tanto *Lefebure*
quanti, ut cedas R. r. Emerito, est? tanto *Drakenborch* aliique
— Emerit *L. Müller d. r. m. p. 175* Emerito **s** — et *L. Müller*;
ast **s** (*in O corr. ex ex*) fortasse ah! *cum Liuineio scribendum*
— percussi **s** perculti *uulgo* 626 *arcitus OV* 629 *tum]*
cum L 631 *angustae OV* *augustae LF* 642 *idem LF*
erit OV, sed in V m. 2 ad marg. idem 644 *fremebant O*
646 *gemino leto S l. g. uulgo* 648 *fabius OV* — non quis
deest in O 651 *caelo F celo LOV* *telo uulgo* — *in me F*
mine LOV 652 *bello OV*

Atque idem hic uates temeraria copta canebat.
 Dis grates laudemque fero, sub numine quorum
 Gens Troiana sumus. puer ille et futilis aetas 655
 Imbellesque anni necdum maturus ad arma
 Scipio restituit terras illaesus Hiberas
 Troiugenis; pepulit Poenos, solisque secutus
 Extremas ad Atlanta uias, exegit ab orbe
 Hesperio nomen Libyaē nec rettulit ora 660
 Signa prius, quam fumantis circa aequora uidit
 Romano Phoebum soluentem litore currus.
 Asciuit reges idem. nunc ultimus actis
 Restat Carthago nostris labor. hoc sator aeui
 Iupiter aeterni monet. Hannibali ecce senectus 665
 Intremit, aut aegros simulat mentita timores,
 Ne finem longis tandem peperisse ruinis
 Sit noster titulus. certe iam dextera nobis
 Experta, et robur florentibus auximus annis.
 Ne uero fabricate moras; sed currere sortem 670
 Hanc sinite ad ueterum delenda opprobria cladum,
 Quam mihi seruauere dei. sat gloria cauto
 Non uinci pulchra est Fabio, peperitque sedendo
 Omnia Cunctator; nobis nec Mago nec Hannon
 Nec Gisgone satus nec Hamilcare terga dedisset, 675
 Si segnes clauso traheremus proelia uallo.
 Sidoniusne puer, uix pubescente iuuenta,
 Laurentis potuit populos et Troia adire
 Moenia flauentemque sacro cum gurgite Thybrim?
 Et potuit Latium longo depascere bello? 680

654 numine, *ut coni.* *Liuineius*, **LFV** nomine **O** 655 sum-
 mus **OV** 660 ora scr. auri **S** prob. *Ernesti* ante ed. *Parm.*
prob. *Schrader* audi *Liuineius* urbi *Dausqueius* *prob.* *Ruperti*
Afris uel aruis Barth inde *uel* *ultor Heinsius* *Euri uel Euro*
Blass 661 *circa] citra Barth* — *aequore Blass* 665 *mouet OV*
 667 Nec **S** — *tantum van Veen* 669 *Exserta Heinsius*
 670 *fabricare OV* 672 *seruare S* 674 *ante nobis distinxit*
Blass 675 *dedisset S dedissent uulgo* 676 *segne OV*
 680 *depascere Barth* *deposcere S*

Nos Libyaे terris trahit signa pigebit?
 Et Tyrias agitare domos? secura pericli
 Litora lata patent, et opima pace quieta
 Stat tellus. timeat tandem Carthago, timeri
 Assueta, et nobis, quamuis Oenotria nondum 685
 Hannibale arua uacent, superesse intellegat arma.
 Illum ego, quem uosmet cauti consultaque uestra
 In Latio fecere senem, cui tertia large
 Fundenti nostrum ducuntur lustra cruentum,
 Illum ego ad incensas trepidantem et sera pauentem 690
 Aduertam patriae sedes. an Roma uidebit
 Turpia Agenoreae muris uestigia dextrae?
 Carthago immunis nostros secura labores
 Audiet interea et portis bellabit apertis?
 Tum uero pulset nostras iterum improbus hostis 695
 Ariete Sidonio turris, si templa suorum
 Non ante audierit Rutulis crepitantia flammis.
 Talibus accensi patres, fatoque uocante,
 Consulis annuerunt dictis, faustumque precati
 Ut foret Ausoniae, trahit bella dederunt. 700

690 pauentem] cauentem *Ruperti* 691 Auertam *edd.*
nonnullae 692 agenorie **OV** 695 improbet **S**, *sed in F*
in improbus corr. 696 suorum] deorum *Bothe* 699 an-
 nuerunt **LF** annuerent **OV** annuerant *uulgo* 700 foret **V**
 forte **LFO**

SILI ITALICI
PUNICORUM
LIBER SEPTIMUS DECIMUS.

Hostis ut Ausoniis decederet aduena terris,
Fatidicae fuerant oracula prisca Sibyllae,
Caelicolum Phrygia genetricem sede petitam
Laomedontae sacrandam moenibus urbis;
Aduectum exciperet numen, qui, lectus ab omni 5
Concilio patrum, praesentis degeret aei
Optimus. en nomen melius maiusque triumphis!
Iamque petita aderat Latia portante Cybele
Puppe; atque ante omnis, magno cedente senatu,
Obuius accitis properabat Scipio sacris, 10
Qui, genitus patruo ductoris ad Africa bella
Tunc lecti, multa fulgebat imagine auorum.
Isque ubi longinquo uenientia numina ponto
Accepit supplex palmis Tuscique sonora
Thybridis adduxit sublimis ad ostia puppim, 15
Femineae tum deinde manus subiere, per amnem
Quae traherent celsam religatis funibus alnum.
Circum arguta cauis tinnitibus aera, simulque

1 decederet **LF** descenderet **V** discederet **O** et *uulgo*
2 Fatidica **OV** — fuerant] tulerant *Heinsius* 5 acciperet **O**
6 Consilio **O** — degeret **LV** degerit **FO** 7 en *L. Müller d. r.*
m. p. 335 heu s — maiusque] manisque **L** 8 aderant *Marsus*
alique — Cybele Barth cybeles L cybeben (sed len suprascr.) F
cibelen OV Cybebe Ruperti Cybeben Heinsius prob. Bentley
9 atque ante omnis **LF** atque omnis **OV** atque intrepidus
primum ed. Mediol. 1481 atque in trepidis ed. Basil. 1522 —
cedente **LFV** sedente (*sed c suprascr.*) **O** sedente *Marsus* cen-
sentia *Heinsius* 13 *uenientia]* tremencia **O**, *unde tranantia*
Barth 14 *Excepit Schrader — Tuscique]* tristique **O** —
sonoram *Heinsius* 15 adduxit **LF** adducit **OV** 16 subiere **V**
subire **LFO** 17 alnum **FV** aluum **LO** 18 canis **S**

Certabant rauco resonantia tympana pulsu,
 Semiuirique chori, gemino qui Dindyma monte 20
 Casta colunt, qui Dictaeo bacchantur in antro,
 Quique Idaea iuga et lucos nouere silentis.
 Hos inter fremitus ac laeto uota tumultu
 Substitit adductis renuens procedere uincis
 Sacra ratis subitisque uadis immobilis haesit. 25
 Tum puppe e media magno clamore sacerdos:
 'Parcite pollutis contingere uincula palmis
 Et procul hinc, moneo, procul hinc, quaecumque profanae,
 Ferte gradus nec uos casto miscete labori,
 Dum satis est monuisse deae. quod si qua pudica 30
 Mente ualet, si qua illaesi sibi corporis astat
 Conscia, uel sola subeat pia munera dextra.'

Hic, prisca ducens Clausorum ab origine nomen,
 Claudia, non aequa populi male credita fama,
 In puppim uersis palmisque oculisque profatur: 35
 'Caelicolum genetrix, numen, quod numina nobis
 Cuncta creas, cuius proles terramque fretumque
 Sideraque et manis regnorum sorte gubernant,
 Si nostrum nullo uiolatum est criminе corpus,
 Testis, diua, ueni et facili me absolue carina.' 40
 Tum secura capit funem; fremitusque leonum
 Audiri uitus subito, et grauiora per auris
 Nulla pulsa manu sonuerunt tympana diuae.
 Fertur prona ratis — uentos impellere credas —
 Contraque aduersas ducentem praeuenit undas. 45
 Extemplo maior cunctis spes pectora mulcit
 Finem armis tandem finemque uenire periclis.

Ipse alacer Sicula discedens Scipio terra
 Abscondit late propulsis puppibus aequor,

21 Casta] Lustra [Blass — Dictaeo] Rhoeteo Schrader
 23 Hos] Nos L 25 subitique L 30 munisse V 34 male S
 mala ed. Rom. 1 aliaeque — non aequae p. male cr. famae
Heinsius populo mala cr. Hoeufft in *Peric. crit. ed. 1808*
 38 Sidera ov — regno consorte Barth 42 auris S auras
mulgo aera *Heinsius*

Cui numen pelagi placauerat hostia taurus, 50
 Iactaque caeruleis innabant fluctibus exta.
 Tunc a sede deum purumque per aethera lapsae
 Armigerae Iouis ante oculos coepere uolucres
 Aequoreas monstrare uias ac ducere classem.
 Augurium clangor laetum dabat. inde, secuti 55
 Tantum praegressos liquida sub nube uolatus,
 Quantum non frustra speculantum lumina seruant,
 Litora Agenoreae tenuerunt perfida terrae.
 Nec segnis, tanta in semet ueniente procella,
 Africa terribilem magno sub nomine molem, 60
 Regis opes, contra et Massyla parauerat arma;
 Spesque Syphax Libycis una et Laurentibus unus
 Terror erat. campos pariter uallesque refusas
 Litoraque implerat, nullo decorare tapete
 Cornipedem Nomas assuetus, densaeque per auras 65
 Condebant iaculis stridentibus aethera nubes.
 Immemor hic dextraeque datae iunctique per aras
 Foederis, et mensas testis atque hospita iura
 Fasque fidemque simul, prauo mutatus amore,
 Ruperat atque toros regni mercede pararat. 70
 Virgo erat eximia specie claroque parente,
 Hasdrubalis proles; thalamis quam cepit ut altis,
 Ceu face succensus prima taedaque iugali,
 Uertit opes gener ad Poenos, Latiaeque soluto
 Foedere amicitiae, dotalia transtulit arma. 75
 Sed non Ausonio curarum extrema Syphacem
 Ductori monuisse fuit; missique minantur:
 Stet regno, reputet superos, pacta hospita seruet;
 Longe coniugia ac longe Tyrios Hymenaeos
 Inter Dardanias acies fore. sanguine quippe, 80

51 iuuabant **S** . . . 56 praegressos, *ut coni.* *Heinsius*, **LFV**
 progressos **O** 57 seruent *Heinsius* 60. 61 molem, Regis
 opes, c. *distinxii* 67 hic **S** is *uulgo* — iunctique] uinclique **L**
 73 succensis **OV** 77 missique] nullique **L** — minantur *Hein-*
sius minentur **S** 78 regno] recto *Bothe* 79 Longa **S**

- Si renuat, blando nimium facilique marito
Statura obsequia et thalami flagrantis amores.
Sic Latius permixta minis, sed cassa monebat 85
Ductor; nam surdas coniux obstruxerat aures.
Ergo, asper monitis frustra nitentibus, enses
Aduocat et, castas polluti foederis aras
Testatus, uaria Martem mouet impiger arte.
Castrum, leui calamo cannaque intecta palustri,
Qualia Maurus amat dispersa mapalia pastor,
Aggreditur, furtum armorum tutantibus umbris, 90
Ac tacita spargit celata incendia nocte.
Inde, ubi collecti rapidam diffundere pestem
Cooperunt ignes et se per pingua magno
Pabula ferre sono, clare expatiantur in auras
Et fumos uolucri propellunt lumine flammae. 95
It totis inimica lues cum turbine castris,
Atque alimenta uorat strepitu Uulcanus anhelo
Arida, et ex omni manant incendia tecto.
Sentitur plerisque prius, quam cernitur, ignis
Excitis somno, multorumque ora uocantum 100
Auxilium inuadunt flammae. fluit undique uictor
Mulciber et rapidis amplexibus arma uirosque
Corripit; exundat pestis, semustaque castra
Albenti uolitant per nubila summa fauilla.
Ipsius ingenti regis tentoria saltu 105

83 minis] nimis **LF**, sed in **F** minis m. 2 suprascer. unius **OV**
— sed *Liuineius* et **S** at *Barth* aliique — monebat **LF** moue-
bat **OV** 87 *uaria*] uafra *Heinsius* 88 cannaque **LF**
carinaque **OV** — intecta **FV** intorta **LO** intexta *Heinsius* prob.
Bentley 90 tutantibus **LF** uitentibus **O** nitentibus **V** 91 celata]
celerata *Heinsius* 92 coniecti *Heinsius*, sed cf. *IX. 602* —
rabidam **F** 94 clarae *Burmann* late *Heinsius* et *Schrader*
95 fumos **LF** frenos **OV** ramos *Dausqueius* tenebras *Withof* —
flumine *Barth* — Et uolucri effrenes p. l. flamas uel Et se
mox u. p. l. flammae *Heinsius* Et Poenos u. p. flamine flammae
Burmann 96 cum] ceu *Heinsius* et *Withof* 97 uolat **S**
101 fluit] furit *Heinsius* 102 *Mulciber* **OV** *Mulcifer* **LF**
(cf. *IV. 668; XII. 141*) 104 *Albenti* **S** *Ardenti* *uulgo*

Lugubre increpitans late circumuolat ardor;
 Hausissetque uirum, trepidus ni clade satelles
 E somno ac stratis rapuisset multa precantem.

Uerum ubi mox iuncto sociarant aggere uires
 Massylus Tyriusque duces, accitaque regno 110
 Lenierat pubes infaustae uulnera noctis,
 Ira pudorque dabant et coniux, tertius ignis,
 Immanis animos; afflataque barbarus ora
 Castrorum flammis et se uelamine nullo
 Uix inter trepidas ereptum ex hoste cateruas 115
 Frendebat minitans; sed enim non luce Syphacem
 Nec claro potuisse die nec sole tuente
 A quoquam uinci. iactarat talia uecors,
 Sed iam claudebat flatus nec plura sinebat
 Atropos et tumidae properabat stamina linguae. 120
 Namque, ubi prosiluit castris, ceu turbidus amnis,
 Qui, siluas ac saxa trahens, per deuia preeceps
 Uoluitur et ripas spumanti gurgite laxat,
 Ante omnis preeuectus equo, trahit agmina uoce.
 Contra naua manus Rutuli celsusque ruebat 125
 Uiso rege procul raptis exercitus armis.
 Ac sibi quisque: 'Uidesne? uidesne, ut in agmine primo
 Massylus uolitet, deposcens proelia, rector?
 Fac nostrum hoc, mea dextra, decus. uiolauit et aras
 Caelicolum et casti ductoris foedera rupit. 130
 Sit satis hunc castris semel effugisse crematis.'
 Sic secum taciti et certatim spicula fundunt.

107 ni] in S, sed in F corr. 108 dira pr. Barth m. pauen-
 tem Nodell m. frementem Ruperti m. precando Bothe 115 hoste]
 morte Withof 116 etenim Schrader 117 tuente] fort. nitente
 120 properabat ed. Benessae properarant L properabant F pro-
 perant OV (sed in V ra m. 2 suprascr.) properantur uulgo
 125 naua, ut em. Heinsius, corr. in uana F uana LOV sana
 uulgo — celsusque] laetusque Withof 127 uidesne uidesne
 ut in agm. pr. F (sic coni. Heinsius) uidesne uides ut agm. pr. LO
 uidesne uides ut in agm. pr. V, quod prob. Luc. Müller d. r.
 m. p. 200 131 Sat S

Prima in cornipedis sedit spirantibus ignem
 Naribus hasta uolans erexitque ore cruento
 Quadrupedem, elatis pulsantem calcibus auras. 135
 Corruit asper equus, confixaque cuspide membra
 Huc illuc iactans, rectorem prodidit hosti.
 Inuadunt uanumque fugae atque attollere fessos
 Annitentem artus reuocato a uulnere telo 139
 Corripiunt; tum uincla uiro manicaeque, pudendum,
 Addita, et — exemplum non umquam fidere laetis —
 Sceptriferas arta palmas uinxere catena.
 Ducitur ex alto deiectus culmine regni,
 Qui modo sub pedibus terras et sceptrta patensque
 Litora ad Oceani sub nutu uiderat aequor. 145
 Prostratis opibus regni Phoenissa metuntur
 Agmina, et inuisus Marti notusque fugarum
 Uertit terga citus damnatis Hasdrubal ausis.
 Stabat Carthago, truncatis undique membris,
 Uni nixa uiro; tantoque fragore ruuentem 150
 Hannibal absenti retinebat nomine molem.
 Id reliquum fessos opis auxiliique ciere
 Rerum extrema iubent; huc confugere pauentes,
 Postquam se superum desertos numine cernunt.
 Nec mora: propulsa sulcant uada salsa carina, 155
 Qui reuocent patriaeque ferant mandata monentes,
 Ne lentus nullas uideat Carthaginis arces.
 Quarta Aurora ratem Dauni deuexerat oras,
 Et fera ductoris turbabant somnia mentem.
 Namque grauis curis carpit dum nocte quietem, 160
 Cernere Flaminium Gracchumque et cernere Paulum
 Uisus erat simul aduersos mucronibus in se

137 uectorem *Heinsius* 138 uanumque fugae *Liuineius*
 uanamque fugam *s* fort. clauduntque fugam 139 *a] e V*
 140 tunc *OV* — pudendum *Liuineius* pudenda *s* pudendae *Cellarius*
 pudendae Additae *Dausqueius* 142 iuxere *OV* 145 *ad] et OV*
 147 *et] at Barth* — fugarum *OV* figurarum *LF* 150 innixa
Heinsius 151 numine *Barth* 155 salsa] fulsa *OV*
 156 monentes *LFV* mouentes *O* monentis *Heinsius*

Destruitis ruere atque Itala depellere terra;
 Omnisque a Cannis Thrasymennique omnis ab undis
 In pontum impellens umbrarum exercitus ibat. 165
 Ipse, fugam cupiens, notas euadere ad Alpes
 Quaerebat terraeque ulnis amplexus utrisque
 Haerebat Latiae: donec uis saeuia profundo
 Truderet et rapidis daret asportare procellis.

His aegrum uisis adeunt mandata ferentes 170
 Legati patriaeque extrema pericula pandunt:
 Massyla ut ruerint arma, ut ceruice catenas
 Regnator tulerit Libyaee, letoque negato,
 Seruetur noua pompa Ioui; Carthago laboret
 Ut trepidi Hasdrubalis, qui rerum agitarit habenas, 175
 Non una concussa fuga. se, triste profatu,
 Uidissem, arderent cum bina in nocte silenti
 Castra, et luceret sceleratis Africa flammis.
 Praerapidum iuuenem minitari, Bruttia seruet
 Litora dum Poenus, detracturum ignibus atris, 180
 In quam se referat, patriam suaque inclita facta.
 Haec postquam dicta, et casus patuere metusque,
 Effundunt lacrimas dextramque ut numen adorant.

Audiuit toruo obtutu defixus et aegra
 Expendit tacite cura secum ipse uolutans, 185
 An tanti Carthago foret; sic deinde profatur:
 'O dirum exitium mortalibus! o nihil umquam
 Crescere nec magnas patiens exurgere laudes,
 Inuidia! euersam iam pridem excindere Romam
 Atque aequasse solo potui, traducere captam
 Seruitum gentem Latioque imponere leges. 190

163 Districtis 0 166 cupiens LFV capiens 0 168 saeuia]
 caeca Schrader 169 rapidus 0 rapidum *edd. pleraeque*
raptum Liuineius et Heinsius 170 furentes V 175 trepidi
Liuineius 176 profatur S, unde se teste profatur Scaliger
 178 celeratis *Heinsius* (*cf. u. 91*) 180 depasturum *Heinsius*
prob. Ruperti 184 abtutu 0, quod prob. Barth — aegram et
 185 curam *Lefebvre ex cod. Tell.* — tacito 0, quod prob. Barth
 187 durum 0V

Dum sumptus dumque arma duci fessosque secundis
 Summisso tirone negant recreare maniplos,
 Dumque etiam Cerere et uictu fraudasse cohortis
 Hannoni placet: induitur tota Africa flammis, 195
 Pulsat Agenoreas Rhoeteia lancea portas.
 Nunc patriae decus et patriae nunc Hannibal unus
 Subsidium; nunc in nostra spes ultima dextra.
 Uertentur signa, ut patres statuere; simulque
 Et patriae muros et te seruabimus, Hannon.' 200

Haec ubi detonuit, celsas e litore puppes
 Propellit multumque gemens mouet aequore classem.
 Non terga est ausus cedentum inuadere quisquam,
 Non reuocare uirum; cunctis praestare uidentur,
 Quod sponte abscedat, superi, tandemque resoluat 205
 Ausoniam. uentos optant, et litora ab hoste
 Nuda uidere sat est. ceu flamina comprimit Auster
 Cum fera et abscedens reddit mare, nauita parco
 Interea uoto non auras poscit amicas,
 Contentus caruisse Noto, pacemque quietam 210
 Pro facili cursu reputat satis. omnis in altum
 Sidonius uisus conuerterat undique miles;
 Ductor defixos Itala tellure tenebat
 Intentus uultus, manantesque ora rigabant
 Per tacitum lacrimae, et suspiria crebra ciebat, 215
 Haud secus ac patriam pulsus dulcisque penatis
 Linqueret et tristis exul traheretur in oras.

Ut uero affusis puppes procedere uentis,
 Et sensim coepere procul subsidere montes, 219
 Nullaque iam Hesperia et nusquam iam Daunia tellus,
 Haec secum infrendens: 'Mentisne ego compos et hoc nunc
 Indignus reditu, qui memet finibus umquam
 Amorim Ausoniae? flagrasset subdita taedis

202 gemens] fremens *Heinsius* 203 cedentum *LF*
 redeuentum *OV* cedenti uel redeuenti *Heinsius* 204 cunctis
Liuineius cuncti *S* 211 satis *Scaliger* salis *S* 212 miles]
 nubes *OV* 221 Hic *S* — mentisne *FV* mentisue *LO*

Carthago, et potius cecidisset nomen Elissae.
 Quid? tunc sat compos, qui non ardentia tela 225
 A Cannis in tempa tuli Tarpeia? Iouemque
 Detraxi solio? sparsissem incendia montis
 Per septem bello uacuos gentique superbæ
 Iliacum exitium et proauorum fata dedissem.
 Cur porro haec angant? nunc, nunc inuadere ferro 230
 Quis prohibet? rursumque ad moenia tendere gressus?
 Ibo et, castrorum relegens monumenta meorum,
 Qua uia nota mihi est, remeabo Anienis ad undas.
 Flectite in Italiam proras, auertite classem.
 Faxo, ut uallata reuocetur Scipio Roma.' 235

Talibus ardentem furiis Neptunus ut alto
 Prospexit uertique rates ad litora uidit,
 Quassans caeruleum genitor caput aequora fundo
 Eruit et tumidum mouet ultra litora pontum.
 Extemplo uentos imbruesque et rupe procellas 240
 Concitat Aeolias ac nubibus aethera condit.
 Tum, penitus telo molitus regna tridenti
 Intima, ab occasu Tethyn impellit et ortu
 Ac totum Oceani turbat caput. aequora surgunt
 Spumea, et illisu scopulus tremit omnis aquarum. 245
 Primus, se attollens Nasamonum sedibus, Auster
 Nudauit Syrtim correpta nubilus unda.
 Insequitur sublime ferens nigrantibus alis
 Abruptum Boreas ponti latus; intonat ater
 Discorsi flatu et partem rapit aequoris Eurus. 250
 Hinc rupti reboare poli, atque hinc crebra micare

224 potius] totum *Heinsius* penitus Schrader 225 Quid?
 num *Heinsius* prob. Bentley Quid tunc? uulgo Quin! tunc
 Lefebure — ardentia] horrentia Schrader 231 Quid *Heinsius*
 233 Qua uia nota mihi est cod. Tell. Qua uia notat s Qua
 mihi nota uia est ed. *Pomp. Laeti* 234 auertite] a uertice o
 ac uertite *Liuineius* age, uertite *Heinsius* 236 ab alto v
 241 nubibus] imbribus ov 245 fremit Schrader 247 syrtim v
 syrtem LFO — nubilus] nubibus ov 249 ater] acer o
 251 poli deest in o

Fulmina, et in classem ruere implacabile caelum.
 Consensere ignes nimbique et fluctus et ira
 Uentorum, noctemque freto imposuere tenebrae.
 Ecce, intorta Noto ueniensque a rupe procella 255
 Antennae immugit — stridorque immite rudentum
 Sibilat — ac similem monti nigrante profundo
 Ductoris frangit super ora trementia fluctum.
 Exclamat, uoluens oculos caeloque fretoque:
 'Felix, o frater, diuisque aequate cadendo, 260
 Hasdrubal! egregium fortis cui dextera in armis
 Pugnanti peperit letum, et cui fata dedere,
 Ausoniam extremo tellurem apprendere morsu.
 At mihi Cannarum campis, ubi Paulus, ubi illae
 Egregiae occubuere animae, dimittere uitam 265
 Non licitum; uel, cum ferrem in Capitolia flamas,
 Tarpeio Iouis ad manis descendere telo.'

Talia dum maeget, diuersis flatibus acta
 In geminum ruit unda latus puppimque sub atris
 Aequoris aggeribus tenuit, ceu turbine mersam. 270
 Mox, nigris alte pulsa exundantis harenae
 Uerticibus, ratis aetherias remeauit ad auras
 Et fluctus supra, uento librante, pependit.
 At geminas Notus in scopulos atque horrida saxa
 Dura sorte rapit, miserandum et triste, biremis. 275
 Increpuere ictu prorae. tum murice acuto
 Dissiliens sonuit, rupta compage, carina.
 Hic uaria ante oculos facies: natat aequore toto
 Arma inter galeasque uirum cristasque rubentis
 Florentis Capuae gaza et seposta triumpho 280
 Laurens praeda ducis, tripodes mensaeque deorum
 Cultaque nequicquam miseris simulacra Latinis.

255 ueniens O — a rupe] a puppe *Heinsius* e nube
Schrader (sed cf. u. 240) 256 Antennae OV — immite]
 immane *Schrader* 257 migrante *Barth* 258 frementia
Drakenborch 261 furtis L 264 et illae O 271 alte V,
 ut em. *Barth* altae LFO 278 Hic] It *Heinsius* 281 duci
Lefebure

Tum Uenus, emoti facie conterrata ponti,
 Talibus alloquitur regem maris: 'Hoc satis irae
 Interea, genitor; satis ad maiora minarum. 285
 Cetera parce, precor, pelago, ne tollat acerba
 Hoc Carthago decus, nullo superabile bello
 Progenuisse caput, nostrosque in funera Poeni
 Aeneadas undis totoque eguisse profundo.'

Sic Uenus — et tumidi considunt gurgite fluctus 290
 Obuiaque aduersis propellunt agmina castris. —

Dux, uetus armorum scitusque accendere corda
 Laudibus, ignifero mentes furiabat in iram
 Hortatu decorisque urebat pectora flammis:
 'Tu mihi Flaminii portas rorantia caesi 295
 Ora ducis; nosco dextram. tu primus in ictus
 Ingentis Pauli ruis ac defigis in ossa
 Mucronem. tibi pugnacis gestantur opima
 Marcelli. Gracchusque cadens tibi proluit ensem.
 Ecce manus, quae pulsantem te, belliger Appi, 300
 Moenia sublimis Capuae de culmine muri
 Excelso fusa moribundum perculit hasta.
 Ecce aliud fulmen dextrae, quo nobile nomen
 Fuluius exceptit non unum pectore uulnus.
 Huc prima te siste acie, cui consul in armis
 Crispinus cecidit. me tu comitare per hostis,
 Qui nobis, memini, ad Cannas laetissimus irae
 Seruili fers ora ducis suffixa ueruto.
 Cerno flagrantis oculos uultumque timendum

283 Tum scr. Cum s 285 Interea] Internae *Bothe*
 289 totoque] motoque *Heinsius* 291 castris] transtris uel
 rostris *Heinsius* — *Barthius* et *Heinsius* hoc loco lacunam esse
 existimant; id negat *Ernesti*, quem sequor. *Bothe* sic legi uult:
 Sic — fluctus. Obuia ut adu. propulerunt a. castris, Dux . . .
 293 iras V 295 caesi] caede *Ernesti* 296 nosco] nos
 quo OV 299 perluit *Drakenborch* 300 pulsantem te s
 te puls. uulgo 302 fusa] fixa *Bothe* — perculit ed. *Gryph.*
 1547 pertulit LF protulit OV propulit edd. pleraeque 305 cui]
 cur L 306 comitante S, unde cecidit, me tum comitante p.
 h. ed. *Benessae*, quod prob. *Lefebure* 307 nobis F uobis LOV

Non ipso minus ense tuum, fortissime Poenum 310
 O iuuenis; qualem uidi, cum flumine saeuo
 Insignis Trebiae complexum ingentibus ulnis
 Mersisti fundo luctantem uana tribunum.
 At tu, qui gelidas Ticini primus ad undas
 Scipiadae patris tinxisti sanguine ferrum, 315
 Incepta exequere et nati mihi redde cruorem.
 Horrescamne ipsos, ueniant si ad proelia, diuos,
 Cum stetis, turmae, uidi contermina caelo
 Quas iuga calcantis summas uolitare per Alpis,
 Cum uideam, quorum ferro manibusque capaces 320
 Arsere Argyripare campi? num segnior ibis
 Nunc mihi, qui primus torques in moenia telum
 Dardana, nec nostrae facilis concedere laudi?
 Te uero, te, te extimulem, qui, fulmina contra
 Et nimbos tonitrusque ac summi numinis iras 325
 Cum starem, perferre sonos ac uana iubebas
 Nubila et ante ducem Capitolia celsa petebas?
 Quid uos, quis claro deletum est Marte Saguntum,
 Exhorter, quos nobilitant primordia belli?
 Ut meque et uobis dignum, defendite, quaeso, 330
 Praeteritas dextra laudes. diuum ipse fauore
 Uincendoque senex patriam post trina labantem
 Lustra et non uisos tam longa aetate penatis
 Ac natum et fidae iam pridem coniugis ora,

317 si deest in **OV**, quod prob. Ruperti 318 stetis (= steteris) **F** — contermina **LF** certamina **OV** 319 calcantes *Lefebure*
calcastis **S** 318. 319 Cum steteris turma? u. certantia
c. Cum iuga calcastis *uulgo* Cum steteris prope me etc. *Nicander*
 Cum stetis pro me — Dum iuga calcatis *Heinsius* 322 torques
 deest in **O** — in moenia] mino **V** 324 Ten' uero,
 tene *Heinsius* Te uero, tene *Scaliger* 326 sonos ac uana **LF**
 seuos ac uana **O** ferox ac uana **V**, unde perf. ferox haec uana
 uel ceu uana *Heinsius* tam uana uel ea uana *Withof* Albana
Bothe perstare ferox ad uana *Liuineius* — iubebas] uidebas
ed. Rom. 2 prob. Lefebure docebas *Dausqueius* 328 Quis **S**
 — nos **OV** — deleta e. M. *Saguntus* ed. *Basil. 1522* 329 Ex-
 ortes **LFV** *Exsortes* **O** 331 dextrae **OV** 333 uisos] uictos **S**

- Confisus uobis, repeto. non altera restat 335
 Iam Libya, nec Dardaniis pugna altera restat.
 Certatus nobis hodie dominum accipit orbis.'
 Hannibal haec; sed non patiens remorantia uerba
 Ausonius miles, quotiens dux cooperat ora
 Soluere ad effatus, signum pugnamque petebant. 340
- Haec procul aeria speculanem nube sororem
 Ut uidit diuum genitor maestosque sub acri
 Obtutu uultus, sic ore effatus amico est:
 'Qui te mentis edunt morsus? da noscere coniux;
 Num Poeni casus ducis et Carthaginis angit 345
 Cura tuae? sed enim reputa tecum ipsa furores
 Sidonios. gentem contra et fatalia regna
 Teucrorum quis erit, quaeso, germana, rebelli
 Fractis foederibus populo modus? ipsa malorum
 Non plus Carthago tulit exhausitque laboris, 350
 Quam pro Cadmea subiisti exercita gente.
 Turbasti maria ac terras iuuenemque ferocem
 Immisti Latio; tremuerunt moenia Romae,
 Perque bis octonos primus fuit Hannibal annos
 Humani generis. tempus componere gentem. 355
 Ad finem uentum est; claudenda est ianua belli.'
- Tum supplex Iuno: 'Neque ego, haec mutare laborans,
 Quis est fixa dies, pendenti nube resedi;
 Nec reuocare acies bellumue extendere quaero;
 Quae donare potes — quoniam mihi gratia languet, 360

336 uersus deest in LF, sed in F m. 2 ad marg. adscr. Libya
 ed. Ald. libye FOV 339 quotiens Liuineius quatiens S 340 affatus O 342 subacri Heinsius subacto Bothe 343 affatus Lefebure 344 edant Heinsius. 351 subiisti Gronov et Withof tulisti S, sed in V re suprascr. tolerasti Heinsius — Quam pro Cadmea ipsa tulisti e. g. ed. Rom. 1 Quam pro Cadmea tu exercita gente tulisti Marsus aliique 353 Immixti L 355 gentes Bothe mentem Schrader 356 uentum est scr. uentum et S uentum ed. Rom. 2, quod probb. Lefebure aliique 357 haec mutare, ut coni. Heinsius, LFV hoc m. O haec uulgo omissum 358 pendenti] Poeno duce Barth speculatum Withof 359 bellumue S bellumque uulgo

Et cecidit iam primus amor — nil fila sororum
Aduersus posco: uertat terga Hannibal hosti,
Ut placet, et cineres Troiae Carthagine regnent.
Illud te gemini per mutua pignora amoris
Et soror et coniux oro: tranare pericla 365
Magnanimum patiare ducem uitamque remittas
Neue sinas captum Ausonias perferre catenas.
Stent etiam contusa malis mea moenia, fracto
Nomine Sidonio, et nostro seruentur honori.
Sic Iuno, et contra breuiter sic Iupiter orsus: 370
‘Do spatium muris, ut uis, Carthaginis altae.
Stent lacrimis precibusque tuis. sed percipe, coniux,
Quatenus indulsisse uacet. non longa supersunt
Fata urbi, uenietque pari sub nomine ductor,
Qui nunc seruatas euertat funditus arces. 375
Aetherias quoque, uti poscis, trahat Hannibal auras,
Ereptus pugnae. miscere hic sidera ponto
Et terras implere uolet redeuntibus armis.
Noui feta uiri bello praecordia; sed lex
Muneris haec esto nostri: Saturnia regna 380
Ne post haec uideat, repetat neue amplius umquam
Ausoniam. nunc instanti raptum uehe leto,
Ne, latis si miscebit fera proelia campis,
Romulei nequeas iuuenis subducere dextrae.
Dum statuit fata omnipotens urbique ducique, 385
Inuadunt acies pugnam et clamore lacescant
Sidera. non alio grauiores tempore uidit
Aut populos tellus, aut, qui patria arma mouerent,
Maioris certare duces. discriminis alta
In medio merces, quicquid tegit undique caelum. 390

361 cecidit] cessit Schrader 363 Troiae om. 0 — regent s
366 uitaeque Marsus aliique 369 sidonie s 370 et] at
Drakenborch 377 at miscere Bothe 379 fera OV 381 post-
haec s posthac uulgo 383 latis si miscebit LF si m. l. OV
et uulgo 386 acies] acres uel alacres Heinsius 387 grauiores]
maiores Schrader 388 patria] paria Marsus — nouerent 0
nouerunt V

Ibat Agenoreus praefulgens ductor in ostro,
 Excelsumque caput penna nutante leuabat
 Crista rubens. saeuus magno de nomine terror
 Praecedit, Latioque micat bene cognitus ensis.

At contra ardenti radiabat Scipio cocco, 395
 Terribilem ostentans clipeum, quo patris et una
 Caelarat patrui spirantis proelia dira
 Effigies; flammam ingentem frons alta uomebat.
 Sub tanta cunctis ui telorumque uirumque,
 In ducibus stabat spes et uictoria solis. 400
 Quin etiam, fauor ut subigit plerosque metusue,
 Scipio si Libycis esset generatus in oris,
 Sceptra ad Agenoreos credunt uentura nepotes.
 Hannibal Ausonia genitus si sede fuisset,
 Haud dubitant terras Itala in ditione futuras. 405

Contremuere aurae, rapido uibrantibus hastis
 Turbine, et horrificam traxere per aethera nubem.
 Inde ensis propiorque acies et comminus ora
 Admota ac dira flagrantia lumina flamma.
 Sternitur in medium contemptrix turba pericli, 410
 Quae primis se praecipitem tulit obuia telis,
 Gentilemque bibit tellus inuita cruentem.
 Feruidus ingenii Masinissa et feruidus aeui
 In primas Macetum turmas immania membra
 Infert et iaculo circumuolat alite campum. 415
 Caerulus haud aliter, cum dimicat, incola Thyles
 Agmina falcigero circumuenit arta couinno.
 Graia phalanx patrio densarat more cateruas
 Iunctisque astabat nulli penetrabilis hastis.

394 micat] nutat **OV** 399 cunctis] iunctis Schrader —
 ui **OV** in **LF** — uirorumque **O** 410 turba **V** pugna **LFO**
 412 bibit] uidit **OV** — inuita, *ut coni. Liuineius*, **V** inuisa **LFO**
 413 ingenii] ingenti **S** 414 macedum **OV** — turbas **S**, *sed in O*
corr. ex turmas 416 aliter *deest in O m. 2 insertum in V —*
tyles F tiles OV tile L 417 falcigero **S** falcifero *uulgo —*
comino O 419 lunctisque *scr. Inuictisque astabat L* In-
uictusque (sed i suprascr.) hastabat F Inuictisque astabat **O**
Immitisque astabat V (sed i. marg. m. 2 Inuictis)

Immemor has pacti post foedus in arma Philippus 420
 Miserat et quassam refouebat Agenoris urbem.
 Rarescit multo lassatus uulnere miles
 Atque aperit patulas prostrato corpore late
 Inter tela uias. irrumpit mole ruinae
 Ausonius globus et periuria Graia resignat. 425
 Archemorum Rutilus, Teuerum Norbanus — et ambo
 Mantua pubenti genetrix dimiserat aeuo —
 Obtruncat Samium bellacis dextra Caleni,
 At Clytium Selius, Pellaeum et uana tumentem
 Ad nomen patriae Clytium, sed gloria Pellae 430
 Haud ualuit misero defendere Daunia tela.
 Saeuior his Latius uastabat Bruttia signa
 Laelius increpitans: 'Adeone Oenotria tellus
 Detestanda fuit, quam per maria aspera perque
 Insanos Tyrio fugeretis remige fluctus? 435
 Sed fugisse satis fuerit. Latione cruore
 Insuper externas petitis perfundere terras?'
 Haec dicens Silarum, meditantem in proelia, telo
 Praeuenit. hasta uolans imo sub gutture sedit
 Et uitae uocisque uias simul incita clausit. 440
 Uergilio Caudinus, acerbo Laus Amano
 Sternitur. accendunt iras uultusque uirorum
 Armorumque habitus noti et uox consona linguae.

420 hos *Heinsius* — pactum *Bothe* 422 lassatus **LOV**
 laxatus **F** — laxatus funere *Heinsius* laxatus uulnere limes
Bentley 425 globus] rogus **OV** — resignant **S** 426 Artemo-
 rum **OV** — rutilus **S** cf. XV. 700 Rullus *Liuineius* et *Heinsius*
Ruilus Marsus 427 pubenti *Schrader* bibenti **S** labenti *wulgo*
florenti Withof flauenti — aruo *Heinsius* 428 Samium]
sanium LFV senium **O** 429 clitium **LF** decium **OV** — Salius
Liuineius 430 Ad] Ob *Schrader* — clytium **F** clitium **LOV**
 ac *Lycium* (*sc. nomen*) *Bothe* 432 Latius *Withof* latios **S**
 (*sed in O corr. ex latius*) late *Liuineius* aliique prob. *Bentley*
 — Saeuior in Latios, u. *Bothe* 436 fuerat *Liuineius* — latioue **OV**
 437 effundere **OV** 441 Uirgilio **OV** — *Läus Blass* — acer
 bosans **L** acerbo sans **FOV** Sarris *wulgo* Satis *Marsus* Saris
 ed. *Parm.* Sarnus *Heinsius* 442 cultusque *Schrader* 443 noti
 deest in **O**

Quos ubi nudantis conspexit Hamilcare cretus
 Terga fuga: 'State ac nostram ne prodite gentem,' 445
 Uociferans subit et conuertit proelia dextra:
 Qualis in aestiferis Garamantum feta ueneno
 Attollit campis feruenti pastus harena
 Colla Paraetonius serpens lateque per auras
 Undantem torquet profundens nubila tabem. 450
 Continuo infesta portantem cuspide uulnus
 Impedit anteuelans Herium; cui nobile nomen
 Marrucina domus clarumque Teate ferebat.
 Atque illi, magnum nitenti et laudibus hostis
 Arrecto, capuli ad finem manus incita sedit; 455
 Quaerebatque miser morienti lumine fratrem,
 Cum iuuenis subit et, leto stimulatus acerbo,
 Pleminius saeuum mucronem ante ora coruscat
 Ac fratrem magno minitans clamore reposcit.
 Huic proles Barcae: 'Germanum reddere uero 460
 Si placet, haud renuo. maneant modo foedera nostra,
 Hasdrubalem reuocate umbris. egone aspera ponam
 Umquam in Romanos odia? aut mansuescere corda
 Nostra sinam? parcamque uiro, quem terra crearit
 Itala? tum manes inimicos sede repellat 465
 Aeterna socioque abigat me frater Auerno.'

444 nudantis, *ut coni.* *Scaliger*, **LF** nutantis **OV** 445 Hannibal terga **OV** (*T. p. 244*) — fuga **S** fugae *Scaliger aliique*
 452 *Impedit Heinsius* — herum **OV** 454 nitenti] intenti **S**
 455 sedit **LFV** fodit **O** — inguina fodit *Liuineius et Gronov*
ilia fodit Ruperti 454. 455 *Ilia huic magnum n.* — fodit *Withof*
post u. 455 *unum atque alterum excidisse suspicatur Heinsius*
 458 *Pleminius LV* *Plaeminius F* *Flamminius O* 460 *Huic F*
Hinc LOV — *uero] Auerno Heinsius* 461 haud **OV** aut **LF**,
sed in F corr. 461. 462 foedera, nostrum *H.* reuocari *Heinsius* — reuocate, *ut coni.* *Liuineius, S* reuocare *uulgo* 464 par-
 camque **V** pareamque **LFO** 465 tum **F0** dum **LV** — inimicos
Liuineius inimica **S** inimicus *Cellarius* — repellant **S** 465.
 466 t. m. inimica sede repellat *Aeternum Heinsius uterque*
 t. m. inimicos aede repellat *Aeterna uel inimica mente rep.*
Aeternum Ruperti

Sic ait et clipei propulsum pondere toto,
 Lubrica qua tellus lapsantis sanguine fratris
 Fallebat nisus, prosternit et occupat ense.
 Extendit labens palmas, Heriumque iacentem 470
 Amplexus, iuncta leniuit morte dolores.
 Tum Libys inuadit mixtae certamina turbae
 Conuertitque ruens per longum hostilia terga:
 Ut cum fulminibus permixta tonitrua mundum
 Terrificant, summique labat domus alta parentis; 475
 Omne hominum terris trepidat genus; ipsaque ob ora
 Lux atrox micat, et praesens astare uiritim
 Creditur intento percussis Iupiter igne.

Parte alia, ceu sola forent discrimina campo,
 Qua misceret agens truculentum Scipio Martem, 480
 Aspera pugna nouas uaria sub imagine leti
 Dat formas. hic ense iacet prostratus adacto;
 Hic saxo perfracta gemit lacrimabilis ossa;
 Ast hos, turpe, pauor fusos proiecit in ora;
 Horum aduersa dedit Gradiuo pectora uirtus. 485
 Ipse super strages ductor Rhoeteius instat.
 Qualis apud gelidum currus quatit altior Hebrum
 Et Geticas soluit feruenti sanguine Mauors
 Laetus caede niues, glaciemque Aquilonibus actam
 Perrumpit stridens sub pondere belliger axis. 490
 Iamque ardore truci lustrans fortissima quaeque
 Nomina obit ferro. claris spectata per orbem
 Stragibus occumbit late inter tela iuuentus.
 Qui muros rapuere tuos miserisque nefandi
 Principium belli fecere, Sagunte, ruinas; 495
 Qui sacros, Thrasymenne, lacus, Phaethontia quique

469 uisuſ L 471 dolores ſ dolorem uulgo 476 terris ſ
 in terris uulgo 478 percussis L percussus FOV 480 misceret
Blass miseret ſ miscebat uulgo — truculentum LF truculent-
 tus OV 483 Hic] Is O 484 Ast ſ Atque uulgo — proiecit ſ
 diecit uulgo 487 altior] acrior Bothe 489 caede] saede F
 sede LOV 496 Quique tuos *Liuineius* et *Bentley*

Polluerant tabo stagna; ac fiducia tanta
 Quos tulit, ut superum regi soliumque domosque
 Irent direptum: mactantur comminus uno
 Exitio; redduntque animas, temerata ferebant 500
 Qui secreta deum et primos reserasse negatas
 Gressibus humanis Alpis. formidinis huius
 Plena acies propere retro exanimata ruebat.
 Haud secus, ac tectis urbis Uulcania pestis
 Cum sese infudit, rapidusque incendia flatus 505
 Uentilat et uolueris spargit per culmina flamas:
 Attonitum erumpit subita formidine uulgus,
 Lateque ut capta passim trepidatur in urbe.

Uerum ubi cunctari taedet dispersa uirorum
 Proelia sectantem et leuiori Marte teneri, 510
 Omnes in causam belli auctoremque malorum
 Uertere iam uires tandem placet. Hannibal unus
 Dum restet, non, si muris Carthaginis ignis
 Subdatur, caesique cadant exercitus omnis,
 Profectum Latio; contra, si concidat unus, 515
 Nequicquam fore Agenoreis cuncta arma uirosque.
 Illum igitur lustrans circumfert lumina campo
 Rimaturque ducem. iuuat in certamina summa
 Ferre gradum; cuperetque uiro concurrere, tota
 Spectante Ausonia; celsus clamore feroci 520
 Prouocat increpitans hostem et noua proelia poscit.

Quas postquam audiuit uoces conterrata Iuno,
 Ne Libyci ducis impauidas fermentur ad aures,
 Effigiem informat Latiam propereque coruscis
 Attollit cristis; addit clipeumque iubasque 525
 Romulei ducis atque umeris imponit honorem

497 Polluerunt *Heinsius* 498. 499 regis — direptum uel
 regi dereptum siue ereptum *van Veen* 500 ferebat s
 501 primos scr. cum *Heinsio* primo s primi *Liuineius* —
 reserasse s pressere ed. *Basil. Wolfi aliaeque* — Quos s. deum,
 et primos r. *Heinsius* 505 infundit edd. *nonnullae* 509 diuersa
Heinsius 515 concitet ov 519 cuperetque] atque cupit
 uel aspiratque *Blass* cupiensque nos 525 iubarque *Bethe*

- Fulgentis saguli; dat gressum habitusque crientis
Proelia et audacis adicit sine corpore motus.
Tum par effigies fallacis imagine uana
Cornipedis moderanda cito per deuia passu 530
Belligerae datur ad speciem certaminis umbrae.
Sic Poeni ducis ante oculos exultat et ultro
Scipio Iunoni simulatus tela coruscat.
At, uiso laetus rectore ante ora Latino
Et tandem propius sperans ingentia, Poenus 535
Quadrupedi citus imponit uelocia membra
Et iacit aduersam properati turbinis hastam.
Dat terga et, campo fugiens, uolat ales imago
Tramittitque acies. tum uero, ut uictor et alti
Iam compos uoti, ferrata calce cruentat 540
Cornipedem et largas Poenus quatit asper habenas:
'Quo fugis, oblitus nostris te cedere regnis?
Nulla tibi Libya latebra est, o Scipio, terra.'
Haec ait et stricto sequitur mucrone uolantem,
Donec longinquo frustratum duxit in arua 545
Diuersa spatio procul a certamine pugnae.
Tum fallax subito simulacrum in nubila cessit.
Fulmineus ductor: 'Quisnam se numine caeco
Composuit nobis,' inquit, 'deus? aut latet idem
Cur monstro? tantumne obstat mea gloria diuis? 550
Sed non auelles umquam, quicumque secundus
Caelicolum stas Ausoniae, non artibus hostem
Eripies uerum nobis.' Frena inde citati
Conuertit furibundus equi campumque petebat,
Cum subito occultae pestis collapsa tremore 555

528 adicit **LV** addicit **O** addit **uulgo** 533 Iunone **S**
— similatus *Ruperti* 534 At *Liuineius* Ac **S** 535 spirans
Heinsius et *Bentley* 538 uolat deest in **O** 542 credere *Bothe*
546 Diuerso edd. nonnullae Diuersae *Heinsius*, sed cf. *Ruperti*
ad VII. 618 548 Flamineus **S** — numine **LF** lumine **OV**
549 idem] ictum *Bothe* 553. 554 citati — equi *Heinsius*
citatis — equi **LF** citatis — equis **OV** 555 subito occultae **LF**
subito occultae **O** subitae occulta **V** subitae occulto edd. non-
nullae

Cornipedis moles ruit atque efflauit anhelo
Pectore Iunonis curis in nubila uitam.

Tum uero impatiens: 'Uestra est haec altera, uestra
Fraus,' inquit, 'superi; non fallitis. aequore mersum
Texissent scopuli, pelagusque hausisset et undae! 560
Anne huic seruabar leto? mea signa secuti,
Quis pugnae auspiciu[m] dedimus, caeduntur; et absens
Accipio gemitus uocesque ac uerba uocantum
Hannibalem. quis nostra satis delicta piabit
Tartareus torrens?' Simul haec fundebat et una 565
Spectabat dextram ac leti feruebat amore.

Tunc Iuno, miserata uirum, pastoris in ora
Uertitur ac siluis subito procedit opacis
Atque his alloquitur uersantem ingloria fata:
'Quaenam te siluis accedere causa subegit 570
Armatum nostris? num dura ad proelia tendis,
Magnus ubi Ausoniae reliquos domat Hannibal armis?
Si uelox gaudes ire, et compendia grata
Sunt tibi, uicino in medios te tramite ducam.'
Annuit atque onerat promissis pectora largis 575
Pastoris patresque docet Carthaginis altae
Magna repensuros, nec se leuiora daturum.
Praecipitem et uasto superantem proxima saltu
Circumagit Iuno ac, fallens regione uiarum,
Non gratam inuito seruat celata salutem. 580

Interea Cadmea manus, deserta pauensque,
Non ullum Hannibalem, nusquam certamina cernit
Saeui nota ducis. pars ferro occumbere credunt,

558 uestra est haec altera uestra V uestra e. h. a. nostra LF
nostra e. h. a. uestra O 559 fallitis OV fullitis L fullicis F
561 huic] hinc S — seruabat L 563 ac LFO et V 565 Tar-
tareos OV 567 Tum OV 569 Atque his OV Atque is F
At his L 570 succedere Liuineius 571 num] unum L
572 armis L arma FOV 578 superantem] properantem OV
— uasti sup. pr. saltus Heinsius uastos s. p. saltus Withof
579 ac LF et O at V 580 celata] dea laeta
Heinsius

- Pars damnasse aciem et diuis cessisse sinistris.
 Ingruit Ausonius uersosque agit aequore toto 585
 Rector, iamque ipsae trepidant Carthaginis arces.
 Impletur terrore uago cuncta Africa pulsis
 Agminibus, uolucrike fuga sine Marte ruentes
 Tendunt attonitos extrema ad litora cursus
 Ac Tartessiacas profugi sparguntur in oras; 590
 Pars Batti petiere domos, pars flumina Lagi.
 Sic ubi, ui caeca tandem deuictus, ad astra
 Euomuit pastos per saecula Uesbius ignes,
 Et pelago et terris fusa est Uulcania pestis,
 Uidere Eoi, monstrum admirabile, Seres 595
 Lanigeros cinere Ausonio canescere lucos.
 At fessum tumulo tandem regina propinquo
 Sistit Iuno ducem, facies unde omnis et atrae
 Apparent admota oculis uestigia pugnae.
 Qualem Gargani campum Trebiaeque paludem 600
 Et Tyrrhena uada et Phaethontis uiderat amnem
 Strage uirum undantem; talis, miserabile uisu,
 Prostratis facies aperitur dira maniplis.
 Tunc superas Iuno sedes turbata reuisit.
 Iamque propinquabant hostes tumuloque subibant, 605
 Cum secum Poenus: 'Caelum licet omne soluta
 In caput hoc compage ruat, terraeque dehiscant,
 Non ullo Cannas abolebis, Iupiter, aeuo,
 Decedesque prius regnis, quam nomina gentes
 Aut facta Hannibal sileant. nec deinde relinquo 610
 Securam te, Roma, mei; patriaeque superstes

584 diuis LF superis OV 588 morte S more *Heinsius*
 et Bentley 590 Ac] Hi *Lefebure* — cartessiacas LFO
 cartesiacas V 591 batti V bacci LF bacchi O — largi S
 592 ui caeca] in ceca L inceca FV incelta O 597 At] Et S
 600 garganii S 601 phetontis LF fetontis V frontis O
 602 uirum] uera S atra uel nigra *Blass*; an fera scribendum?
 604 Tum OV 607 dehiscant V dehiscat LFO 610 sileant]
 sinent F, sed sileant post suprascr.

Ad spes armorum uiuam tibi. nam modo pugna
 Praecellis, resident hostes: mihi satque superque,
 Ut me Dardaniae matres atque Itala tellus,
 Dum uiuam, expectent nec pacem pectore norint.⁶¹⁵
 Sic rapitur, paucis fugientum mixtus, et altos
 Inde petit retro montis tutasque latebras.

Hic finis bello. reserantur protinus arces
 Ausonio iam sponte duci. iura improba adempta
 Armaque, et incisae leges, opibusque superbis 620
 Uis fracta, et posuit gestatas belua turris.
 Excelsae tum saeuia rates spectacula Poenis
 Flammiferam accepere facem, subitaque procella
 Arserunt maria, atque expauit lumina Nereus.

Mansuri compos decoris per saecula rector, 625
 Deuictae referens primus cognomina terrae,
 Securus sceptri, repetit per caerula Romam
 Et patria inuehitur sublimi tecta triumpho.
 Ante Syphax, feretro residens, captiua premebat
 Lumina, et auratae seruabant colla catenae. 630
 Hic Hannon clarique genus Phoenissa iuuenta
 Et Macetum primi atque incoeti corpora Mauri,
 Tum Nomades notusque sacro, cum lustrat harenas,
 Hammoni Garamas et semper naufraga Syrtis.
 Mox uictas tendens Carthago ad sidera palmas 635
 Ibat et effigies orae iam lenis Hiberae,
 Terrarum finis Gades ac laudibus olim
 Terminus Herculeis Calpe Baetisque lauare
 Solis equos dulci consuetus fluminis unda.

613 Procellis 0 — Praecellis resides hostes *Heinsius* Pr.
 residentem hostem *Bothe* resident hostes mihi satque superque
iungi uult Barth 612. 613 dum m. p. Praecellis, resident
 hostes mihi s. s. *Ruperti* nam m. p. Praecellis: sed adhuc
 hostes *Withof* 616 immixtus *Heinsius* 618 artes L
 620 Armaque] Atque aeri inc. uel Aeraque et inc. *Heinsius*
Aruaque Dausqueius — inuisae *Withof* 624 lumina] fulmina
Heinsius — *nereus*] neruis L 627 sceptri] coepti *Heinsius*
 631 Hinc OV 634 *Hannoni* L 636 leuis S 637 et finis
Heinsius 638 hercideis L — calpe deest in 0 — baetesque S

Frondosumque apicem subigens ad sidera mater 640
 Bellorum fera Pyrene nec mitis Hiberus,
 Cum simul illidit ponto, quos attulit, amnes.
 Sed non ulla magis mentesque oculosque tenebat,
 Quam uisa Hannibal's campis fugientis imago.
 Ipse, astans curru atque auro decoratus et ostro, 645
 Martia praebebat spectanda Quiritibus ora:
 Qualis odoratis descendens Liber ab Indis
 Egit pampineos frenata tigride currus;
 Aut cum Phlegraeis, confecta mole Gigantum,
 Incessit campis tangens Tirynthius astra. 650
 Salue, inuicta parens, non concessure Quirino
 Laudibus ac meritis non concessure Camillo.
 Nec uero, cum te memorat de stirpe deorum,
 Prolem Tarpei mentitur Roma Tonantis.

652. 653 *uerba* Quirino — concessure desunt in O

I.

ARGUMENTA LIBRORUM.

Liber I. Exordium carminis 1—20. Iunonis in Romanos odium bellorum Punicorum causa; Hannibalem ad bellum illis inferendum inflammat 21—55. eius ingenium (a) 56—69. pueri iusurandum 70—139. — Hamilcare in Hispania mortuo Hasdrubali imperium traditur; eius mores, res gestae, mors 140—181. Hannibal ab universo exercitu, qui ex Afris (189—219) et Hispanis (220—238) constat, imperator salutatur 182—238. eius ingenium (b) 239—267. Saguntum aggredi statuit; urbis situs et origo 268—295. Sagunti oppugnatio 296—II 695. — Saguntini legatos Romam mittunt. Sicoris oratio 564—671. Cn. Cornelii Lentuli et Q. Fabii Maximi diuersae sententiae; legatio ad Hannibalem mittitur 672—694.

a. 219.

